§ Lxx. a viceſimo quinto anno ⁊ ſupra.

a triginta annis ⁊ ſupra vſq;
ad annos q̃nquagita. Nume/
ra oẽs qui ingrediuntur ⁊ mi/
niſtrant in tabernaculo fęde/
ris. Hoc eſt officiũ familię ger
ſonitarũ vt portent cortinas h
tabernaculi ⁊ tectum fęderis i
operimentum aliud: et ſuper k
oĩa velamen hiacynthinũ: ten
toriumq; quod pendet ĩ ĩtroi
tu tabnaculi fęderis: cortinas
atrij ⁊ velum in introitu qđ ẽ l
añ tabernaculũ. Oĩa quę ad
altare ꝑtinent funiculos ⁊ va m
ſa miniſterij iubẽte aaron et fi
lijs eius: portabũt filij gerſon
⁊ ſciẽt ſinguli cui debeãt one/
ri mãcipari. Hic ẽ cult⁹ familię
gerſonitarũ in tabernaculo fę
deris. Erũtq; ſub manu itha/ n
mar filij aaron ſacerdotis. Fi/ o
lios quoq; merari ꝑ familias
et domos patrũ ſuoꝝ recenſe
c bis a triginta annis et ſupra
vſqꝫ ad annos quinq̃ginta
oẽs qui ingrediunt̃ ad officiũ
miniſterij ſui: ⁊ cultum fęderiſ
teſtimonij. Hec ſũt onera eoꝝ.

per ſacerdotes.
a Suꝑ q̃s erat eleazar.
Dictũ eſt ca. precedenti ꝙ
erat ſuꝑ oẽs leuitas: dicẽ/
dum ꝙ erat ſuꝑ caathitaſ
ĩmediatate: ſꝫ ſuꝑ gerſoni
tas ⁊ meraritas erat me/
diate. b Ad cui⁹ ꝑti/
net curã oleũ ⁊c̃. Dic̃ Ra.
Sa. ꝙ portabat illud ĩ ma
nu dextera. c Et com
poſitionis incenſum. in ſi/
niſtra. d Et ſacrificiũ
qđ ſemꝑ offert̃. i. oĩni die
de q̃ dictũ fuit Exo. xxix.
portabat ĩ brachio q̃ntum
requirebat̃ ꝓ ipa die ad
offerendum in hora quie/
tis caſtroꝝ. Sequitur:
e Alij nulla curioſitate
videant que ſunt in ſctũa/
rio priuſq̃ inuoluantur.
Et ideo erat eis inhibitũ
ne intrarent tabernaculũ
donec omnia eſſent inuo/
luta: nec operimenta aliq̃
modo retraherent ad vi/
dendum ea que eſſent in/
terius. f Alioquin
morientur. ſic̃. j. Reg. xvj.
Bethſamite mortui fuerũt
eo ꝙ viderunt arcam dñi
nudam. g Locutuſq;
eſt dñs. hic deſcribuntur
onera gerſonitarum. cum
dicitur: Tolle ſummã eti/
am filiorũ gerſon. Seq̃t̃:
h Ut portent cortinas
tabernaculi. que ſunt de
quattuor coloribus.
i Et tectum federis. ſ.
oꝑimentũ de ſagis.
k Operimentum aliđ.
ſcilicet de pellib⁹: iſta aũt
expoſita ſunt Exo. xxvj.
l Et velum in introitu
⁊c̃. In hebreo habet̃ ſic:
Uelum oſtij atrij quod ẽ
ante tabernaculum et al/
tare per circũitũ: ⁊ hec vi
detur verior littera: vt di/
ctum eſt ca. precedenti.
m Funiculos ⁊ vaſa mi
niſterij. In hebreo habet̃
Funiculos ⁊ vaſa miniſte
rij ſui. Et accipitur hic va
ſa. i. inſtrumenta ſ̃m mo/
dum loquendi hebraicũ.
vñ ⁊. j. Reg. xx. vbi dicit̃
de ionatha ꝙ tradidit pu/
ero arma ſua. In hebreo
habet̃: vaſa ſua. Uaſa. n.
quibus miniſtrabatur in
altari incẽſi ⁊ in altari ho/
locauſtorum portabãt ca/
athite vt predictum eſt: ſꝫ
gerſonite portabant ĩſtru
menta que pertinebãt ad
officia ſua ſicut martelloſ
⁊ cauillas quibus funes
cortinarum ⁊ aliorum oꝑi
mentorum tabernaculi fi/
gebantur ⁊ ſimilia.
n Eruntq; ſub manu
ithamar. immediate: ſed
ſub eleazar mediate.
o Filios q̃ꝫ merari. hic
d̃ſcribũt̃ onera merarita/
rum

C

Et Dauid regnū: qđ ſeptuaginta. i.
ꝑpetua q̄ete dign⁹ cōpleuit. Et Eze/
chiel ꝓphetie dona ꝓmeruit. Et q̄a
p fidē aduerſa debent longanimiter
ferri: et pꝛemia ſublimiter ſperari: ar
ce vel tēpli altitudo: et tabernaculi
longitudo. xxx. cubitis mēſuratur.
a Quinquaginta ⁊c. In hoc q̄ʒ li
bꝛo de hoſtium ſpolijs quidam offe/
runt dona dei quinquageſimam poꝛ
tionē: qui non ꝓceſſerūt ad bellum
Quidā vero quingenteſimam. In
Gen. 18. c geneſi quoq; vbi deus tractabat de
D indulgentia ſodomoꝝ: ſi foꝛte poſſēt
ad veniā ꝑuenire: hmōi myſterioꝝū
ꝯſci⁹ abꝛaā a q̄nquageſimo numero
cepit ꝓ indulgentia dn̄o ſupplicare
dicens: Si inuenti fuerint quinqua/
ginta in ciuitate nō ſaluabis propter
q̄nquaginta ciuitatē ⁊c. Opꝫ ergo
opari leuitas in ſanctis vſq; ad q̄n/
quaginta annos. Inferioꝛes quidē
opera melioꝛes vero opera operuʒ.
Hoꝝ aūt ſupioꝛes ſpiritalib⁹ officijſ
deſeruire: ⁊ introire in ſancta ſctoꝝū
⁊ ibi opire que opienda ſūt: et trade
re filijs caath poꝛtāda hūeris ⁊ ma/
nibus euehenda. b Oēs qui in
grediunť ⁊c. Orige. Diciť de leuitꝭ
ꝙ operenť a. xxv. anno ⁊ ſupꝛa: vſq;
ad quinquageſimū annū. Ois inq̄t
q̄ ꝓcedit ad opus opeꝝ: ⁊ ad opera
que poꝛtantur tabernaculi teſtimo/
nij ⁊c. Nota diſtinctionē ſmonum.
Ubi de operibus filioꝝ iſrael loqui/
tur: nō dixit opera operum: ſed ſola
opera. vbi vero de officijs leuitaruʒ
dixit opera operum. Sicut eni̅ ſunt
ſancta: ⁊ ſancta ſctoꝝ ſic ſūt opera: et
opa operum. Unde mihi videtur ꝙ
moyſes vbi ſenſit eſſe quedam opa
viſibilia q̄bus ineſſet myſtica intelli
gentia: hec nō ſolū opa: ſʒ opa opm
dixit. Que vero cōia ⁊ p̄ntis tpis i/
tellexit: hec tm̄ opa noīauit. Sunt er
go opa opeꝝ (ſicut in p̄nti lectiōe vł
in exodo ⁊ in ceteris locis ſub occul
tis p̄cipitur myſterijs ⁊ partim in p̄
ſenti: ⁊ partim in futuro explendis)
q̄ nō cuilibet: ſed ſolis leuitis tradē/
da mandanť. ſ. a. xxv. anno: vſq; ad
q̄nquageſimum. q: in. xxv. ſenſuum
quinq; ꝑfectio declaratur: vt q̄nqui
es quina numerantur. Quod indi/
cat eum vocari ad opera operum in
miniſterio peragenda: qui om̄i par/
te multiplicatis ⁊ purificatis ſenſib⁹
inuenitur perfectus. c Ad an/
nuʒ quinqua. Quinquageſim⁹ aūt
annus remiſſionē ⁊ indulgentiā ſi/
Leuit. 25. b gnificat. Nā quinquageſimus ann⁹
eſt qui iubileus apud hebꝛeos diciť
in quo poſſeſſionum ſeruitutis ⁊ de/
Ibidē. 23. c biti fit remiſſio. Et quinquageſim⁹
dies poſt paſca feſtus traditur in le/
Luc. 7. f ge. Et dominus in euangelio indu/
cēs debitoꝛes cū ꝑabolā remiſſioniſ
⁊ idulgētie doceret: vnū in q̄nq̄gita
⁊ aliū in q̄ngentꝭ denarijs fuiſſe dic
obnoxios. Quinq̄gita āt ⁊ q̄ngēti:
cognatus eſt numeruſ. Decades. n.
quinquaginta faciunt quingentos.
¶ Aliter quoq; hic numerus ſacra/
tus eſt. Septem enim ſeptimanis ſi
addatur vni⁹ numeri perfectio quin
quaginta faciunt dies. Septuagin/
ta quoq; ſeptimanis: ſi addať vni⁹
decade ꝯſūmatio fiūt q̄ngenti.
Omnem

Poꝛtabūt tabernaculi tabulas a
⁊ vectes eius: colūnas et baſes b
earū: columnas quoq; atrij per
circūitum cū baſibus ⁊ paxillis
⁊ funib⁹ ſuis. Omnia vaſa ⁊ ſu/
pellectilem ad numeꝝ accipiēt:
ſicq; poꝛtabūt. Hoc eſt officium †
familie meraritaꝝ ⁊ miniſteriū
in tabernaculo federiſ. Eruntq;
ſub manu ithamar filij aarō ſa/
cerdotis. Receſuerūt igiť moy/ c
ſes ⁊ aarō ⁊ pncipes ſynagoge
filios caath p ꝯgnationes ⁊ do
mos patrū ſuoꝝ: a triginta an/
nis ⁊ ſupra: vſq; ad quinquage
ſimū omnes qui ingrediuntur
ad miniſteriū tabernaculi fede/
ris: ⁊ iuēti ſūt duo milia ſeptigē
a ti q̄nquaginta. Hic eſt numer⁹
populi caath q̄ itrat tabernacu
lū federis. Hos nūerauit moy/
ſes ⁊ aaron iuxta ſmonē domi/
ni p manum moyſi. Numerati
ſunt ⁊ filij gerſon p ꝯgnationes
⁊ domos patrū ſuoꝝ a triginta
annis ⁊ ſupra: vſq; ad annum
b q̄nq̄geſimū: oēſ qui ingrediunť
vt miniſtrēt i tabernaculo fede/
riſ: ⁊ inuēti ſunt duo milia ſexcē
ti triginta. Hic eſt populus ger/
ſonitarū q̄s numerauerūt moy
ſes ⁊ aarō iuxta verbū domini.
Numerati ſunt et filij merari p
cognatiōes ⁊ domos patꝝ ſuo/
rū a triginta annis ⁊ ſupra vſq;
c ad annū quinquageſimū. oēs q̄
ingrediuntur ad explendos ri/
tus tabernaculi federis: ⁊ iuen/
ti ſūt tria milia ducēti. Hic ē nu
merus filioꝝ merari quos recē
ſ Als imperium.
ſuerūt moyſes ⁊ aarō iuxta pꝛe/
ceptum domini p manū moyſi:
Oēs qui recenſiti ſūt de leuitꝭ:
et quos fecit ad nomen moy/
ſes ⁊ aaron ⁊ pꝛincipes iſrael p
cognationes ⁊ domos patrum
ſuoꝛum a trigita ānis ⁊ ſupra: vſ
q; ad annū q̄nq̄geſimū ingredi/
entes ad miniſteriū tabernacu/
li ⁊ onera poꝛtanda: fuerunt ſi/
mul octo milia quingēti ⁊ octo
ginta. Iuxta verbū dn̄i recenſu
it eos moyſes vnūquēq; iuxta d
officiū ſuū ⁊ onera ſua: ſicut pꝛe
ceperat ei dominus.

rum. vn̄ ſubditur: a Poꝛtabūt ta
bulas tabernaculi ⁊c. hec expoſita ſunt
Exo. xxvj. b Colūnas q̄ʒ atrij. hec
expoſita ſunt Exo. xxvij. c Receſue
rūt igiť. hic colligiť numer⁹ leuitaꝝ: ⁊ p̄
mo p partes ſm̄ tres familias p̄dictas
ſcʒ caathitaꝝ: gerſonitaꝝ ⁊ meraritarū.
ſcđo iſtas partes aggregādo. ibi: Oēs
qui recenſiti ſunt de leuitis ⁊c. ⁊ ptʒ lr̄a
vſq; ad finē ca. vbi đr: d Unūquēq;
iuxta officiū ⁊ onera ſua. q: aliq̄ fuerūt
cantoꝛes: ⁊ aliq̄ melodiā faciētes i cym
balis ⁊ alijs inſtrumentis muſicis de q̄
bus nō fecerat mentionē.
¶ Ca. IIII

Moꝛaliter. a† Locut⁹ eſt domin⁹ ⁊c. In
h̄ caplo deſcribunť officia leuitaꝝ in mo
tu caſtroꝝ ⁊ p̄mo caathitaꝝ cū dicitur:
d† Hic eſt cultus filioꝛuʒ caath. Per
qđ ſignificanť ſacerdotes noue legiſ vt
p̄dictū eſt. ipi vero poꝛtabant arcam te/
ſtamenti: menſā: candelabꝛū: altare icē/
ſi ⁊ altare holocauſti: p que q̄nq; ſignifi
canť q̄ debent eſſe in ſacerdotib⁹ noue
legis. Primū eſt ſacre ſcripture noticia
p arcā teſtamēti ſignificata. Malach. ij.
Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciam ⁊ le
gem ex ei⁹ oꝛe req̄rent: qm̄ angel⁹ dn̄i ex/
ercituū eſt. Scđm eſt verbū doctrīe qđ
p menſam ſignificať. nā in hac mēſa pa/
nis ſpūalis ꝓponiť. Deutro. viij. Non
in ſolo pane viuit hō: ſed in oī vbo qđ
ꝓcedit de oꝛe dei. Tertiū eſt lumen exē/
plaris vite qđ ſignificať per cādelabꝛū.
Matth. v. Nemo accendit lucernam ⁊
ponit ſub modio: ſed ſup candelabꝝ vt
luceat omnib⁹ qui in domo ſunt. Quar
tum eſt odoꝛ oꝛonis deuote ⁊ ſignificať
p altare incenſi. Ps. cxl. Dirigatur oꝛa
tio mea ſicͭ incenſū in cōſpectu tuo. Quī
tum eſt rigoꝛ diſcipline ⁊ ſignificať p al/
tare holocauſti Rom. xij. Obſecro vos
p miſericoꝛdiā dei vt exhibeatis coꝛpa
veſtra hoſtiā ſanctam deo placentē ⁊c.
† Hoc ē officiū familie gerſonitarū. p
quos clerici ſignificanť vt ſupꝛa dictum
eſt. ipi poꝛtabant coꝛtinas ⁊ vela taber/
naculi opimenta ⁊ funes. p q̄ tria ſigni/
ficanť q̄ debēt in clericis eſſe. Primū ē
oꝛnamentum ſpirituale quattuoꝛ virtu/
tum cardinalium quod ſignificatur per
coꝛtinas et vela que texebantur ex quat
tuoꝛ coloꝛibus. Secundum eſt charita/
tis connexio: que ſignificatur per funes
Tertium eſt exterioꝛ honeſtatis conuer
ſatio: que per operimenta tabernaculi ſi
gnificatur. † Hoc eſt officium fami/
lie meraritarum. per quos ſignificantur
religioſi. ipi eni̅ poꝛtabant dura ſcilicet
tabulas: vectes: columnas ⁊ baſes. ta/
bule vero ſimul coniuncte per vectes et
baſes faciebant parietes tabernaculi ſi
cut habetur Exo. xxvj. per quod datur
intelligi ꝙ religioſi docendo populum
verbo ⁊ exemplo et pꝛo bono ſtatu po/
puli depꝛecando dati ſunt a deo q̄ſi mu/
rus defenſionis poſt pꝛelatos eccleſie
populo chꝛiſtiano. propter quod de ma/
lis religioſis diciť Ezech. xiij. Nō aſcen
diſtis ex aduerſo neq; oppoſuiſtis vos
murū pꝛo domo iſrael. Per columnas
vero ſignificatur ꝙ ipi ſunt vocati i par
teʒ ſollicitudinis ad ſuppoꝛtandum on⁹
eccleſie: ⁊ h̄ ex fraterna charitate: pꝛela/
tis autem hoc conuenit ex officij auctoꝛi
tate. Per hoc autē ꝙ onera leuitarū di/ d
diſponebantur per filios aaron mitra/
tos vt

a Omē lepꝛoſū. Allego. Rab. Lepꝛoſi ſūt heretici varijs ¶ Ca. V peccatoꝝ maculis polluti: non habentes vniformem colorē doctrine vel fidei: nec abſcondunt imperitiam: ſed oſtendunt. Nulla vero falſa doctrina eſt que non aliqua vera aliquando admiſceat. Vera ergo falſis permixta in aliqua diſputatione vel narratione cuiuſlibet: tanq̄ in vnius coꝛpoꝛis coloꝛe apparentia: ſignificāt lepꝛam tanq̄ veris falſiſq; coloꝛum locis humana coꝛpoꝛa variantem.

Myſtice b Locutuſq; ē ꝛc. Vir ſiue ꝛc. Rab. Myſtice. Hoc capitulo ām onemur vt ſi quid ꝑ negligentiam delinquimus: per confeſſionem et penitentiam diluamus: et damnum reſtituamus. Si autem pꝛoximo damnum intulimus: coꝛam illo peniteamus et damnū reſtituamus. Si vero non ſupereſt: confitendo: penitēdo: elemoſynas largiēdo: domino ſatiſfaciamus. ¶ Aug⁹. Alia littera. Vir ſiue mulier quicūq; fecerit ab omnibus peccatꝭ humanis: ꝛ deſpiciens deſpexerit ꝛ deliquerit: anima illa annūciabit peccatum ſuū qḋ peccauit: et reſtituet delictū: caput et q̄ntas eius adijciet ſuper illud ꝛ reddet cui deliq̄t. Si autē non fuerit homini pꝛoximus ita vt reddat illi delictum ad ip̄m: delictum quod reddit domino ſacerdotis erit: excepto ariete pꝛopitiationis: per quem exoꝛabit in illo ꝑ eo. Hic ea peccata intelligenda ſunt: quorum in his rebus perpetratio eſt: que pecunia reſtitui poſſent. Nō enim aliter diceret quomodo reſtituēda ſunt: niſi damni pecuniaris fuiſſent. Jubet enim reſtitui caput et quintas. i. totum illum quicq̄d eſt: et q̄ntaꝫ eius partem. Excepto ariete qui fuerit offerendus in ſacrificium ad expiandū delictū. Jubet autem qḋ reſtituitur ſacerdotis eſſe: id eſt ip̄m caput et quintam: ſi non eſt pꝛoximus. ei in quem cōmiſſum eſt. Vbi intelligitur tunc domino reddendum ꝙ ſit ſacerdotis ſi non ſupereſt qui damnum paſſus eſt: nec pꝛoximus ei. i. heres: ſed de ipſo homīe nihil dixit. Sed cū dicit: Si nō fuerit ei ꝓximus. breuiter inſinuat tunc queri pꝛoximuꝫ eius ſi ip̄e non fuerit. Si autem nec ꝓximus erit: domino reſtituetur: ne impunitum remaneat admiſſum. Qꝫ tamen non cedat in ſacrificium ſed ſit ſacerdotis: ſic ſane verba ſcripture diſtinguenda ſunt. Si autem non fuerit homini ꝓximus: ita vt reddat illi delictum ad ipſuꝫ. Locutionis enim eſt quod addidit ad ipſum. Aut foꝛte ad ip̄m dixit ꝙ ad ipſum pertineat: id eſt ip̄e poſſideat. Deinde ſequitur: Delictū quod redditur domino ſacerdotis erit. Delictum autem dicit. cum redditur ea res que per delictum ablata eſt. c Reddent ipſum

Exo. 22. b caput ꝛc. Aug⁹. Queritur quomodo in Exodo legitur: Si quis furatus fuerit vitulum aut ouem reſtituere debet quinq; vitulos: vel quattuoꝛ oues: ſi occiderit vel vēdiderit. Si autē quod abſtulerit ſaluum apud eum inuenietur: duplum eſſe reſtituenduꝫ: cum hic reſtitui iubeat caput et quintam? Nō longe eſt etiam a duplo quāto magis a quadruplo: vel q̄nquies tāto. Niſi foꝛte quia hic ait: Vir aut mulier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis. Peccata ignoꝛantie voluit intelligi peccata humana. Fieri enim poteſt vt per negligentiam traijciat homo rem alienam in rem ſuaꝫ: quod ideo peccatum eſt: quia ſi diligenter attenderetur: non admitterēt. Et hec voluit capite et quinta reſtitui non ſicut furta mulctari. Nā ſi furta et fraudes hic intellexerimus que non per ignoꝛantiam: ſed furandi et fraudandi animo cōmittūtur. et ideo dicta humana que in homines fiunt: tunc ille (ni falloꝛ) erit exitus queſtionis huius: vt ideo qui fecit non reddat quadruplum qꝛ non repꝛehēditur: vel conuincitur: ſed ignoꝛantibus a quo factum ſit: vel vtrum factum ſit: ip̄e annunciet delictum ſuum. Cuꝫ enim dixiſſet: Vir aut mulier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis: et deſpiciens deliquerit: id eſt contemnendo commiſerit iſta: adiunxit: anima illa annunciabit peccatum ſuum qḋ peccauit: et reſtituet delictuꝫ: caput ꝛ quintas eius. Foꝛte ergo tm̄: quia annunciauit. et ideo non eo damno plectendus fuit quo furem compꝛehenſum vel conuictum plecti opoꝛtet. d Excepto ariete. Arietis oblatio chꝛiſti paſſionē ſigni-

Joh. 15. a ficat: in qua maxime cōfidimus: quia ſine eo nihil poſſumus. Ip̄e eſt ſacerdos q̄ nos patri per oblationē carnis ſue reconciliat. Ideo

g illi munera

L Ocutuſq; ē do ¶ Ca. V a†
L minus ad moyſen dicēs:
Pꝛecipe filijs iſrl̄ vt eijci b
a ſ eccleſie ne vitam polluant innocentium.
b ſ hereticum.
a ant de caſtris omnem lepꝛoſum:
a ſ ſupfluis cogitatiōib⁹ abundat. ſ qui ſcꝫ luxu carnalium deſideriorū eſtuat. b ſ opere.
et qui ſeminē fluit: pollutuſq; eſt
a ſ qui. ſ. moꝛtuoꝝ in peccatis imperatē et exempla ſequitur: et eoꝛum ſoꝛdibus inquinatur.
ſuper moꝛtuo: tam maſculū q̄ fe
ſ eccle. ſ cōragione mo
minam eijcite de caſtris ne cōta-
rum. a ſ nocentes cum innocentibus.
minent eā cum habitauerint vo-
biſcū. Feceruntq; ita filij iſrael: ꝛ
eiecerūt eos extra caſtra: ſicut lo-
cutus erat domin⁹ moyſi. Locu- c
tuſq; eſt dominus ad moyſen di
b cens: Loquere ad filios iſrl̄: Vir d†
ſiue mulier cum fecerint ex omni
bus peccatis que ſolent hoībus
accidere: et per negligentiā tranſ e
greſſi fuerint mandatuꝫ domini
atq; deliquerint: cōfitebunt pec- †
c catum ſuum et reddent ipſum ca f g†
a ſ id eſt eo ſenſu coꝛpoꝛis quo malum intulim⁹: bona reddere ſtudeamus.
put: q̄ntāmq; partem deſuper ei b†
in quem peccauerint. Sin autem i†
non fuerit q̄ recipiat dabūt dn̄o k
d et erit ſacerdotꝭ: excepto ariete q̄ l

tos vt habetur Exo. xxviij. ſub patre ſuo: datur itelligi ꝙ omnia eccleſie officia per ſummū pontificē ꝛ pꝛelatos eccleſie ſunt diſponenda. Item per hoc ꝙ omnia pꝛedicta poꝛtabāt velata: ſignificat ꝙ opera bona ſacerdotū ſcleꝛicoꝛum et religioſoꝛum agenda non ſunt ad oſtentationem ſuam: ſed ad dei laudem ꝛ ꝓximi edificationeꝫ: ita ꝙ opera ſint. in aperto tamē hec intē- A
tio maneat i ſecreto coꝛdis. Grego. Homel. xxxvj. Sic auteꝫ ſit opus in publico quatenus intētio maneat in occulto: vt de bono opere ꝓximis pꝛebeamus exemplum: et tamen in intentione qua ſoli deo placere querimus ſemp optem⁹ ſecretū. ¶ Ca. V

L Ocutuſq; eſt dominus. Deſcꝛpta diſpoſitione populi. h conſequenter deſcribitur remotio impedimēti. impeditur autem per coꝛruptionē immundicie coꝛpoꝛalis: iniuſticie: et ſuſpitionis. Et ideo pꝛimo tollitur coꝛpoꝛalis īmundicia. ſecundo coꝛrigit iniuſticia. ibi: Locutuſq; eſt dominus. tertio examinatur diffidentia. ibi: Locutuſq; eſt. Circa pꝛimū tangitur triplex immundicia de caſtris tollēda: ſcꝫ lepꝛoſoꝛum: ſeminifluoꝝ ꝛ ſuper moꝛtuos pollutoꝛum. cuꝫ dicitur: b Pꝛecipe filijs iſrael vt eijciant de caſtris ꝛc. Dicit Ra. Sa. ꝙ lꝫ tot⁹ exercit⁹ iſrael diceret caſtra generaliter: tamē in ſpeciali erant ibi tria caſtra. Pꝛima erant tabernaculū et atrium circa ip̄m: et dicebant caſtra deitatis: tum qꝛ ibi colebatur de⁹: tū quia ibi cum moyſe loquebat. Secūda erant habitationes leuitaꝝ circa atrium ꝓut deſcripte ſunt ſupꝛa. iij. ca. Tertia erāt reliq̄ populi habitatiōes. Dicit igitur ꝙ B
lepꝛoſi eijciebant extra tria caſtra ꝑdicta ne inficerent alios: quia lepꝛa ē moꝛbus infectiuus alioꝝ: ſeminiflui eijciebant de duobus pꝛimis: quia ibi requirebatur maioꝛ mundicia: ſed ꝑmittebant habitare in caſtris populi: quia non ē moꝛbus infectiuus alioꝝ. Polluti autem ex tactu moꝛtui eijciebantur ex ꝑmis caſtris: quia nō erat eis licitum ingredi atrium vbi vigebat cultus diuinus donec eſſent mūdati pꝛopter dei reuerētiā: permittebantur tamen eſſe in caſtris populi ꝛ leuitarū. c Locutuſq; eſt domin⁹. Hic cōſequenter remouet impedimentum qḋ eſt iniuſticia: que turbat pacem cōmunitatis. ꝛ maxime in retentione rei aliene. Et pꝛimo agitur de retentione rei non ſacre. cum dicitur: d Vir ſiue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis q̄ ſolent hominibus accidere. illa que cōmunius accidūt ſunt circa defraudationem alioꝛum. e Et per negligentiam tranſgreſſi fuerint. negligendo cuſtodire mandata dei. f Confitebunt peccatum ſuum. non violētia teſtium: quia tunc tenerētur reddere duplū: vt habetur Exo. xxij. Sed lex iſta loquitur in caſu in quo aliq̄s penitentia ductus vult facere ſatiſfactionem pꝛoximo. g Reddent ip̄m caput. i. ipſum debituꝫ. h Quintāq; partem deſuper ei in quem peccauerūt. i. pꝛimo quē defraudauerant. ꝛ iſta pars quinta ſuperaddit pꝛopter damnū qḋ habuit ex rei ſue detentiōe: et vt hoīes eſſent minus pꝛoni ad retentionem rei aliene. i Sin autem nō fuerit qui recipiat: id eſt debeat recipere: ſicut ē in reſtitutione vaga. k Dabunt dn̄o et erit ſacerdotꝭ. cōuertendo in vtilitatem ſuam quia de reſtitutiōe vaga debet miniſter dei ꝛ pauper ſuſtentari. l Excepto ariete qui offertur ꝓ expiatione. peccati ip̄ius defraudantis.

Filii munera no/
ſtra offerimus
quo interceden/
te veniam mere
B amur. a Ad
ſacerdotē Chri/
ſtum ſcȝ cui dici
Ps.109. tur: Tu es ſacer
dos in eternum
ſm ordineȝ mel
chiſedech. Ei⁹
ſcȝ iudicio cun/
cta reſeruās: ne
forte iudicet rē
incertā. Unde:
1.Cor.4.a Nolite ante tē/
pus iudicare q̄
adusq̄ꝫ veniat
dominus ⁊c̄.
†¹2.q.5.cō b Farīe horde
ſuluiſti.§. acee. Rab. Fari
hoc autem na hordeacea ſci
entiā veteris le/
gis ſignificat: q̄
bene hordeo cō/
paratur. Quia
ſicͭ hordeuȝ ma/
gno labore a pa
leis purgatū ad
farinam perdu/
citur: ita littera
legis ꝯtrita mo
la diſcretiōis fa
rinaȝ ſenſus ſpi
ritalis emittit:
⁊ recte decia ps
ſati offertur: qꝛ
lex decem prece/
ptis cōſtat cui⁹
decia ps quod/
libet mandatuȝ
eſt: cōtra quod
praua vxor egiſ/
ſe dicitur. Offer
tur ergo mulier
ſacerdoti cū ob
latione decime
partis cum chri
ſti iudicio ſm le
gem diuinit⁹ da
tam damnanda
aut liberāda re/
ſeruat̄. c Nō
infundet. Rab.
C ⁊c̄. Non decet
oleo adulatiōis
vl' īdiſcrete miſe
ricordie nec thu
re ſuperflue lau
dis: vel inordi/
nate orationis ī
penitentes lini/
ri: ſed ȥelo iuſti/
cie ſm preceptū
domini vitiū in
ſtāter et ordina/
te perſequi.
d Aquam ſan
ctā. Huic aque
miſcet ſacerdos
pauxillum terre
de pauimēto ta/
bernacli cū chri
ſti decreto cōme
moratio patriar
charum ꝓphe/
tarum ⁊ apoſto
lorum ītromiſſa
reperit̄

a ſ patri. b ſ humani generis.
offertur ꝓ expiatione vt ſit placabi
a ſ bone voluntatis verborum ⁊ operū.
lis hoſtia. Omnes quoq̄ꝫ primitie a
a ſ veri iſraelite qui mente deum aſpiciunt.
b ſ qui ſeipm ꝓ nobis obtulit ſpōte. ſ nō ad aliū.
quas offerūt filij iſrael ad ſacerdo b
ſ eccleſia.
tē pertinent: et quicq̄d in ſanctua c
ſ patri.
riū offertur a ſingulis et traditur d
a ſ chriſti: qꝛ ad eius dignitatē et gratiā pertinet
quicq̄d in eccleſia offert̄.
manib⁹ ſacerdotis ipſius erit. Lo/ e
cutus eſt dn̄s ad moyſen dicens:
Loquere filijs iſrl' ⁊ dices ad eos:
ſ doctor. a ſ ſubditus qui magiſtro in omnibus
obedire debuit ſicut vxor viro ſuo.
†Vir cuius vxor errauerit maritū †
ſ hereticis. ſ. ſe cōmiſcens.
q̄ꝫ cōtemnēs dormierit cuȝ altero
ſ vel de
viro: et hoc maritus cōprehēdere
ſ fornicatio fidei.
nō quiuerit: ſed latet adulteriū ⁊
a ſ iudiciario. ſ. ordie cōuinci. b ſ a vero magiſtro
teſtib⁹ argui non poteſt: quia non
a ſ aperto. ſ. actu hereſis.
eſt inuenta in ſtupro: ſi ſpiritus ȥe
a ſ Zelus. ſ. iuſticie et ouis perdite. b ſ legitimū
magiſtrum.
lotypie concitauerit viruȝ contra
ſ hereſi.
vxorem ſuā que vel polluta ē vel
falſa ſuſpitiōe appetitur: adducet f
a eaȝ ad ſacerdotē: ⁊ offeret oblatio g
b nē ꝓ illa decimā ptē ſati farine hor h i
a ſ adulationis vel indiſcrete miſericordie.
c deacee. Non fundet ſup eā oleuȝ: k
nec imponet thus: quia ſacrificiū l
ȥelotypie ē: et oblatio inueſtigās
a ſ qꝛ diuino iudicio iudicanda ſeruatur.
adulterium. Offeret igitur eam ſa
cerdos et ſtatuet coram domino m
ſ diuinā ſapiaȝ cōphenſā. ſ. in vili littera legis.
d aſſumetq̄ꝫ aquā ſanctaȝ in vaſe fi/ n
ctili: ⁊ pauxillum terre de pauimē o
to tabernaculi mittit in eā. Cunq̄ꝫ
ſteterit mulier in cōſpectu domini
diſcooperiet caput ei⁹: ⁊ ponet ſu/ p q
per manus illi⁹ ſacrificiū recorda/
tionis: ⁊ oblatiōeȝ ȥelotypie. Ipſe r
a ſ peccati vindictā oſtēdentes.
aūt tenebit aquas amariſſimas ī s
quibus cū execratione maledicta
congeſſit: adiurabitq̄ꝫ eā et dicet:
Si nō dormiuit vir alien⁹ tecum: t
⁊ ſi non polluta es deſerto mariti
ſ vel non tenebunt.
thoro: nō te nocebūt aq̄ iſte ama/
riſſime ī q̄s maledicta ꝯgeſſi. Sin
autē declinaſti a viro tuo atq̄ꝫ pol
luta es: et cōcubuiſti cuȝ altero vi
ro: his maledictionibus ſubiace/
bis. Det te domin⁹ in maledictio/ v

non ſolum enim peccauerat contra proximū ipſum defrau
dando ſed etiam contra deū mandatum ipſius tranſgredi/
endo. ⁊ ido ſicut per reſtitutionē fiebat ſatiſfactio homini:
ita per oblationem arietis ſacrificiū ipſi deo. de qua oblati
a one habetur Leuit. v. Secūdo agitur de reſtitutiōe rei ſa
cre: quia primitie et decime quodāmodo int̄ res ſacras cō/
b putantur: quia determinantur per legem deberi dei mini/
ſtris. cum dicitur: a Omnes quoq̄ꝫ primitie quas offe/
runt filij iſrael. i. offerre tenent̄: vt habetur Exo. xxiij.
c b Ad ſacerdotem ptinent. dixerat enim in Exo. q̄ debe/
bant offerri in domū domini: ⁊ nō determinauerat ſcriptu
d ra cuius eſſent. ideo hic expreſſit q̄ ſunt ſacerdotis. ⁊ ideo
ſi aliquid fuerit retentum de eis debet ei reſtitui. Sequit̄:
c Et quicquid in ſanctuario offert̄ a ſingulis. hoc nō pōt
e intelligi de omnib⁹ oblatis generaliter: quia aliqua totali
ter incēdebantur ad honorem dei: vt holocauſta: ⁊ aliqua
ſm partem: ſicut hoſtie ꝓ peccato: cuius pars non incēſa
remanebat ſacerdoti. ⁊ hoſtia pacifica: cuius vna pars in/
cendebatur: et aliam comedebat offerēs: ⁊ alia remanebat
ſacerdoti. ⁊ ideo dicēdū q̄ intelligitur de primitijs que de
† bebant dari ſacerdotib⁹ ex determinatione legis: vt habe/
tur Deutero. xviij. ⁊ ideo ſi aliquid erat detentuȝ debebat
ei reſtitui. Unde ī hebreo habet̄: Que vir ſanctificauit ei⁹
erunt. i. ſacerdotis: ⁊ intelligūtur ſanctificata per determi
natione legis: vt primitie. vel ꝑ votum: ſicut ſi aliquis pro
miſit dare aliquid miniſtris dei. d Et traditur manib⁹
ſacerdotis. per hoc intelligit̄ q̄ ſacerdos non poterat talia
accipere ⁊ tollere violēter de domib⁹ dominorū: ſed ſolum
accipiebat ab alijs ſibi tradita. e Locutuſq̄ꝫ ē domin⁹.
Hic cōſequēter amouet̄ ſuſpitio adulterij quod turbat pa/
cem inter virum ⁊ vxorē et per cōſequens totam familiaȝ.
Et primo circa hoc ponit̄ caſus. ſecūdo examiatio ei⁹. ibi:
Adducet eā. tertio effectus. ibi: Quas cum biberit. Circa
primū dicit Ra. Sa. q̄ iſtud hic dictuȝ de ſacrificijs ȥeloty
pie immediate ponitur poſt illud qd̄ dictum eſt de retentio
ne primitiarū: ad deſignādū q̄ qui in hoc defraudat ſacer/
dotem meretur vt confuſibiliter appareat coram ſacerdote
adducendo vxorē ſuam pro adulterij ſuſpitione. et hoc eſt
f qd̄ dicitur: Vir cuius vxor errauerit ⁊c̄. et patet littera.
g f Adducet eam. Hic ponitur examinatio dicte ſuſpitiōis
h per ſacrificium ȥelotypie. cū dicitur: g Offeret oblatio
i nem pro illa. ſcȝ examinanda. h Decimam partem ſati
farine. nō dicit ſimile: quia ē farina delicatiſſima et purga/
k tiſſima ſicut ī alijs ſacrificijs: qꝛ iſtud ē vile. i Hordea/
l cee. non triticee. eadem ratione. Adducit enī Ra. Sa. aliā
rationem: quia hordeum ē pabulū iumēti: cui adultera aſ/
ſimilatur. k Non fundet ſuper eam oleum. quia eſt fo/
mentū luminis. adulterium autem fit in tenebris. ſm illud
Job. xxiiij. Oculus adulteri obſeruat caliginem. l Nec
m imponet thus. quia ſignificat deuotionem: vt dictum fuit
Exo. xxj. hoc autem ſacrificiuȝ non offertur ex deuotione:
ſed ex ſuſpitione adulterij. ⁊ hoc eſt qd̄ ſubditur: Quia ſa/
n crificium ȥelotypie eſt. Sequitur: m Et ſtatuet corā do
o mino. ad tentandū ſi ex terrore confiteret̄ adulteriuȝ. et qꝛ
pro ea offerebat ſacrificium: n Aſſumetq̄ꝫ aquam ſan/
ctam. Dicit Ra. Sa. q̄ vocatur ſancta: eo q̄ accipiebatur
de labro eneo de ſpeculis mulieruȝ deuotarum facto. Joſe/
p q phus autem dicit q̄ dicitur ſancta: eo q̄ ibi diluebatur no
men domini tetragrāmaton ſcriptum in cedula: vt habet̄
infra. o Et pauxillum terre. eo q̄ iſtud ſacrificiū fiebat
r ꝓ vili cauſa. p Diſcooperiret caput eius. ad maiorē cō
fuſionem ipſius: ⁊ vt ex hoc ſtupefacta recognoſceret adul/
s terium. q Et ponet ſuper manus illius ſacrificium re/
cordationis: eo q̄ fiebat pro ſuſpitione adulterij ꝑteriti.
r Ipſe autem tenebit aquas amariſſimas. non formaliter
ſed effectiue: quia effectum amaritudinis faciebant in mu
liere quando erat culpabilis. s In quibus cuȝ execra/
t tione maledicta cōgeſſit. Iſta congeſſio ſm Joſephū non ē
aliud q̄ꝫ dilutio cedule predicte: ex cuius effectu ſequeba/
tur maledictio ſuper mulierem quādo erat culpabilis. ſm
alios eſt imprecatio ſacerdotis ſuper mulierem q̄ꝫtum ad
mala futura ſuper eam: que infra exponūt̄. t Si nō dor
miuit vir alienus tecum: ⁊ ſi non polluta es deſerto ⁊c̄. in/
cipit a mulieris innocentia: quā debet prelatus deſiderare
et nō culpam. Sequitur: v Det te dominus in maledi/
ctionem exemplūq̄ꝫ cunctorū. i. omnes videntes te tibi ma/
ledicent propter cōmiſſum adulteriuȝ. Vel aliter: quia ma
v ledicentes alijs ponent te in exēplū dicentes: ita tibi male
accidat ſicut

reperitur. a Scribetq̀ꝫ ſacerdos in libel. ⁊c. Quia ſcꝫ pena peccatorum in ſcriptura ſancta explanaꝉ. Quicunqꝫ autem eam pie et fideliter hauſerit: ſupplicia peccatorum que in ea narrantur pertimeſcens ⁊ abſtinens a peccatis: fiet ei aq̄ amariſſima ī ſalutem. Qui autem contempſerit: inflato ventre cōputreſcet femur eiꝰ: ⁊ erit in maledictionem et in exemplum: quia iuſto dei iudicio punieꝉ: ⁊ erunt ei in opprobriū deſideria ſua et actus. b Dabitqꝫ ei bibere. Ut manifeſteꝉ peccatū illius: vꝉ hic ad correctionem: vel in futuro ad damnationem. Nihil enim occultum quod non reueleꝉ: hic dominus ait: Sermo quem locutus ſum vobis: ille vos iudicabit ī nouiſſimo die. Ca. VI c A vino et oī qꝺ pōt ⁊c. Iſi. In duodecima māſione: id eſt ſinai precipitur naçareis vt vinum et ſiceram et omne quod ī ebriare pōt non bibant neqꝫ comedant. In ꝓuerbiis quoqꝫ precipiꝉ vt potentes et iracūdi vinum nō bibant: ne obliuiſcantur ſapientie. In naçareiſ continentiū vita ſignatur his vinum prohibetur: id eſt luxuria. Et ſicera: id eſt omnis voluptas terrena. Sicera enim ex diuerſo conficitur genere: ſic voluptas ex diuerſa vitiorum paſſiōe. Illi enī non bibunt vinum: ſed ſicerā bibunt qui ad decipiendos homīes vmbras quaſdā et imagines ſimulant virtutum. Ua paſſa veſcuntur qui ad humanos oculos abſtinentie pallore inficiuntur: vt gloriam capiant ab hominibꝰ. Acetuꝫ bibunt qui poſt vite ſanctitatem ad ve-

ꝯtuſtatem

Dat. 10. a

Joh. 12. ſ

Pro. 31. a

nes exemplūqꝫ cūctorꝫ ī populo ſuo. Putreſcere faciat femur tu- a um: et tumens vterus tuus dirū- b patur. Ingrediantur aque maledicte in ventrem tuum: et vtero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpōdebit mulier: Amen amen. c

a Scribetqꝫ ſacerdos ī libello iſta d maledicta: ⁊ delebit ea aq̄s amariſſimis in quas maledicta con-

b geſſit: et dabit ei bibere. Quas e f

a ſ hoc fit cū ſancte trinitatis cōfeſſio in ſacrificio legis inueniꝉ: q̄ digne in ara fidei offertur.

cum exhauſerit tollet ſacerdos g

ſ adulationis.

de manu eius ſacrificium çelotypie et eleuabit illud coram domino: imponetqꝫ ſuper altare: ita dumtaxat vt prius pugillum ſacrificij tollat de eo quod offertur et incendat ſuper altare: et ſic potum det mulieri aquas amariſſimas. Quas cum biberit ſi pollu- h ta eſt et cōtempto viro adulterij rea: pertranſibuut eam aque maledictionis: ⁊ inflato ventre com

a ſ carnalis voluptas ⁊ actus.

putreſcet femur. Eritqꝫ mulier in

ſ timoris et abſtinentie.

maledictionem et in exemplum oī populo. Qꝺ ſi polluta nō fue- i

ſ bona opera.

rit: erit innoxia et faciet liberos. k Iſta eſt lex çelotypie. Si declinauerit mulier a viro ſuo et ſi polluta fuerit: maritusqꝫ çelotypie ſpiritu concitatus adduxerit eaꝫ in conſpectu domini et fecerit ei ſacerdos iuxta omnia que ſcripta ſunt: maritus abſqꝫ culpa erit: et l illa recipiet iniq̄tatē ſuā. Ca. VI

Locutuſqꝫ eſt dominus m† ad moyſen dicens: Loq̄re ad filios iſrael ⁊ dices ad eos† Uir ſiue mulier cū fecerit n votū vt ſanctificentur: ⁊ ſe volue

ſ in quo eſt luxuria.

c rint domino conſecrare: a vino ⁊ o†

accidat ſicut tali mulieri te denotantes: dicit exemplum eo ꝙ alie mulieres exemplo illiꝰ terrebūꝉ et formidabūt adulterari. a Putreſcere faciat femur tuū. primo nominaꝉ iſta pars corporis: quo primo cōmittitur adulteriū. b Et tumens vterus tuus dirūpatur. quia in illa parte circa vmbilicum in mulieribꝰ viget luxuria: ſicut dicit beatꝰ Gregꝰ. Homeꝉ. xxxij. quia viris luxuria in lumbis cōſiſtit: feminis ī vmbilico: teſtatur dn̄s ⁊c. c Et reſpōdebit mulier: amē amē. ſuper ſe recipiens ꝑdictam adiurationē. ⁊ bis diciꝉ: amen. ſemel ꝓ parte inocētie et ſemel ꝓ pte culpe. d Scribetqꝫ ſacerdos ī libello iſta maledicta. ſm Joſephū nō ſcribebat niſi nomen dn̄i tetragrāmaton: ex cuiꝰ virtute veniebant ſuper mulieres iſte maledictiones. Scd̄m alios xͦo ſcribebat iſtas maledictiones ꝓut in textu ſunt exp̄ſſe: tn̄ videꝉ magis credēdū Joſepho: q̄ talia ſacrificia videre potuit et forte vidit. e Et dabit ei bibere. etiam violenter ſi nollet accipere. f Quas cum hauſerit. Sciendū tn̄ ꝙ iſte hauſtus ſiue potatio mulieris nō fiebat an̄ oblationē ſacrificij: ſꝫ poſt. lꝫ modo cōtrario ſcribaꝉ: qꝛ nō ſemꝑ ſcribunꝉ geſta eodem ordine quo facta ſūt. et ſequiꝉ: g Tollet ſacerdos ⁊c. hoc fiebat ante potationē. ideo ſequiꝉ poſtea: ⁊ ſic potum det mulieri. h Quas cuꝫ biberit ſi polluta ⁊c. Hic ꝯſ̄ter deſcribiꝉ veritatis manifeſtatio ꝑ effectū ſequentē: ⁊ ptꝫ littera vſqꝫ ibi: i Qꝺ ſi polluta nō fuerit erit inoxia. qꝛ aque ei nō nocebūt ſed ꝓficient. ideo ſubdiꝉ: k Et faciet liberos. qꝛ ſi fuerit ante ſterilis fiebat fecūda. Dicunt etiā aliqui hebrei ꝙ xͦtute illius aque concipiebat etiā abſqꝫ virili ſemine. ⁊ hoc erat vnū de miraculis ꝑmanentibꝰ ſicut dictū ē de deſcēſu māne. l Maritus abſqꝫ culpa erit. ſi illa langueſcat vel moriatur. Ex h̄ ptꝫ ꝙ illa purgatio nō erat illicita tp̄e veteris teſtamenti. Itē qꝛ fiebat ꝑ diuinū miraculū: vt ptꝫ ex dictis quod tn̄ non fit ad approbationem illicitorum. Ca. V

D

## Moraliter.

a† Locutꝰ ē dn̄s ad moyſē. d. Precipe filijs iſrꝉ vt eijciant ⁊c. Per leproſū itelligiꝉ hereticꝰ. ꝑ hoīem q̄ ſemine fluit doctor verbo ſuo q̄ ad ſui iactantiā dicere ſtudet extranea. ⁊ per h̄ diffluit ad falſa ⁊ ꝑiculoſa. ꝑ pollutū ſuꝑ mortuo ſignificaꝉ diſcipulus doctrinā dictorꝫ ſequēs ⁊ approbās: et iſti eijciendi ſunt de caſtris. i. de ſcholis et fidelium collegijs ne ſua ꝑuerſa doctrina alios inficiāt ⁊ corrūpāt. d† Uir ſiue mulier cū fecerint ex oībꝰ pctīs ⁊c. in q̄bꝰ damnificaꝉ ꝓximꝰ furto fraude vel dolo. † Cōfitebunꝉ pctm̄ ſuū. ſatiſfaciēdo deo ꝑ pn̄iaꝫ ⁊ ꝓximo. idō ſubdiꝉ: g† Et reddet ipm̄ caput. i. illud qꝺ ē ablatū. h† Quintāqꝫ ptē deſuꝑ. i. dānū qꝺ ſuſtinuit de abſentia rei ſue. i† Sin āt n̄ fuerit q̄ re. tūc ē vaga reſtitutio ⁊ debet reddi dn̄o. i. in pijs opibꝰ expendēdo ſm diſpoſitiōem ꝑlati vꝉ ꝯfeſſoris diſcreti ſm aliq̄s q̄ tenēt in hoc locum dei. † Uir cuiꝰ vxor errauerit. ꝑ virū doctor itelligēs ſignificaꝉ. ꝑ vxorē eiꝰ ſapia. de qua dꝛ Sapie. viij. Hāc amaui a iuuētute mea ⁊ q̄ſiui mihi ſpōſā aſſumere. De q̄ debet eſſe çelotypꝰ ⁊ maxime cū tradit eā in ſcriptis timēdo ne ſit ibi fornicatio ꝑ cōmixtionē aliquā falſorꝫ cū veris. ideo ſubdiꝉ: Adducet eā ad ſacerdotē. i. ab magꝉ peritū ⁊ ꝓbatū doctorē vt examinet eā. ꝑ h̄ aūt quod ſubdiꝉ: ꝙ mulier polluta putreſcebat ⁊ moriebaꝉ. inocēs aūt non ledebaꝉ ſꝫ faciebat liberos: ſignificaꝉ ꝙ doctrina habēs cōmixtionē falſorꝫ cū veris ē occaſio meroris: illa xͦo q̄ pura ē ⁊ ſana gaudij ⁊ fructificationis.

In ca. v. vbi dꝛ ī poſtil. Ideo ſubdiꝉ: Et faciet liberos: qꝛ ſi fuerat an̄ ſterilis fiebat fecunda.

## Additio.

Nō me recolo legiſſe ī voluminibꝰ hebreorū ꝙ mulier īnoxia ab hmōi çelotypia xͦtute illiꝰ aq̄ ꝯcipet abſqꝫ virili ſemine: nec ad h̄ ꝯcedēduꝫ lr̄a nos cogit: q̄ nihil aliud dicit: niſi faciet liberos: qꝺ ſatis ꝓprie pōt intelligi de muliere q̄ ex virili ſemine ꝯcipit filios. Pari etiaꝫ rōne diceret ꝙ ſi aliq̄ xͦgo ꝯiugata accuſareꝉ mō ꝑdicto a viro ⁊ eſſet īnoxia: ꝙ illa xͦgo ꝯcipet abſqꝫ virili ſemine qꝺ ſingulariſſimū fuit in xͦgine glorioſa: vn̄ ridiculū videꝉ dicere ꝙ deꝰ tn̄ miraculū faceret ī facto çelotypie ꝓ tā modica re: q̄ ſolū hoc ꝑ liberatiōe totiꝰ generꝉ hūani facturꝰ erat. Ca. VI

A

† 35. di. ſ. vinolentū.

Locutuſqꝫ ē dn̄s. Poſtq̄ꝫ deſcripta ē ordinatio ꝑplī q̄tū ad legē cōmuneꝫ. hic ꝯſ̄ter deſcribiꝉ ordinatio ſm obligationē ſpecialē. ſ. naçareorꝫ. ⁊ poniꝉ iſtꝺ capl̄m īmediate poſt illa q̄ dicta ſūt de muliere adultera: qꝛ ꝑ illā ꝑplꝰs peioraꝉ. ſic econtrario ꝑ naçareos melioraꝉ: ⁊ qꝛ ꝯtraria iuxͣ ſe poſita magꝉ eluceſcūt. Sciēdū tn̄ ꝙ votū naçareorꝫ in aliq̄bꝰ erat ꝑpetuū: vt ī ſamſone ⁊ ſamuele ⁊ ſilibꝰ ī q̄bꝰ ꝓceſſit figura religioſorū noui teſtamēti. in aliq̄bus xͦo erat tꝑale. ⁊ de iſtis h̄ agiꝉ. Circa qꝺ p̄mo deſcribiꝉ actꝰ ꝓmiſſionis. ſcd̄o ritꝰ ꝓfeſſionis. ibi: Omī tp̄e. tertio ſtatꝰ ꝑfectionis. ibi: Iſta ē lex ꝯſecrationis. q̄rto modus bn̄dictionis. ibi: Locutuſqꝫ ē dn̄s. Circa primū dꝛ: n Uir ſiue mulier cū fecerint votū vt ſāctificēꝉ. i. diuīo cultui ſpecialiꝉ applicēꝉ ꝑ deuotiōeꝫ ⁊ oratiōnē. o A vino

V tuſtatem preteritorum labũtur
vitiorum: et corruptione veterꝭ
nequicie delectantur. a No/
uacula non tranſibit: Id ē nec
dolum: nec maliciam in mente
retinebit ne polluat̄: ſcilicet ce/
ſaries capitis.i. cogitatio men/
tis. Sed innocentiam teneat vſ
qꝫ ad finem vite. Aliter eni nō
Mat.10.c erit votuʒ acceptabile. Qui au
tem perſeuerauerit ſaluus erit.
b Super mortuum non ingre
dietur: Id eſt mortuuʒ in pecca
tis nō imitabitur: nec iniquita/
tis eius viaʒ ingredietur: ne p/
2.Tio.2.a dat laborem ſuuʒ. Non enim q̄
inchoat: ſed qui conſũmat coro
nabitur. c Nec ſuper patrꝭ:
Id ē nullus carnalis retrahat
affectus: omnis perſona: om̄is
dignitas: omnis conſanguini/
B tas chriſti ſeruitio poſtponēda
eſt. d Conſecratio dei: Id ē
ſpiritusſancti gratia ĩ corde eiꝰ
Eph.4.g diffuſa eſt. Unde: Nolite cõtri/
ſtare ſpiritũſãctũ in quo ſigna/
ti eſtis omnes. e Ois dies
ſeparationis: Id eſt vſqꝫ ĩ finē
perſeueret ſine contaminatione
peccati atqꝫ delicti. f Sin au/
tem mortuus fuerit: Id ē ſi mor
tali peccato pollutũ imitari vo/
luerit: et vſqꝫ ad conſenſum de/
ſcenderit: ſciat neceſſe eius con/
tinentiam eſſe pollutaʒ ⁊ caput
radendum: id eſt mentem pur/
gandam a praua cogitatione ⁊
noxia delectatiōe. g Radet
ilico. Tēpore ſcilicet cõpunctio
nis quo cognoſcit ſe deliquiſ/
ſe: ſtatim ſe emendare ſtudeat:
⁊ ſemper ſimilē ruinam timeat.
h Duos turtures. Turtures
caſtitatem: pulli columbaꝝ ſim
plicitatem ſignificant. Qui er/
go vult ad reſurrectioneʒ bono
rum peruenire: offerat xp̄o ſacer
doti: id eſt chriſto caſtitatē men
tis et corporis et ſimplicitatē in
fide catholica per quam ĩ eccle/
ſiam intrat: vt per tanti pontifi
cis opitulationem expietur.
1.Ioh.1.a i Et deprecabitur. Aduocatꝰ
noſter apud patrē. Uel quia fa/
Rom.8.e ciet nos depcari. ſm illud: Spi
ritus poſtulat pro nobis gemi/
tibus inenarrabilibꝰ. k At
dies priores. Nihil de priſtina
cõuerſatione preſumat: ſed ĩ ſo/
la dei gratia confidat cuius do
no percipit veniam et requiem
ſempiternam. l Polluta eſt
Ezec.18.f ſanctificatio. Cũ conuerſus fue
rit iuſtus a iuſticia ſua: ⁊ fecerit
iniquitatem: omnes iuſticie eiꝰ
obliuioni tradētur. m Iſta
eſt lex ⁊c. Poſtq̄ legiſlator na
çareũ inſtruxit quomodo mun/
C detur: ſi eius conſecratio ſuper
mortuo polluat̄: addit quomo
do poſt completũ votum ſe pre/
ſentet domino cũ oblatiōe gra/
tias redditurus: myſtice inuēs
continentis vitam cum oblatio
ne operis: ⁊ mũdicia cordis ĩ fi
ne bono domino placituram.
n Agnum anniculuʒ. Hũc of/
fert qui totã ſpem ſuam in eius
V imolatiōe

a ſ mentē. b ſ qualibet voluptate terrena.
omni qd inebriãre poteſt ãbſti/
ſ relabendo in voluptatē pteriti vitij.
nebunt. Acetum ex vino ⁊ ex q̄ a
libet alia potione ⁊ quicquid d̄ b
vua exprimit̄ non bibēt. Uuas †
ſ ne palleſcant abſtinentia ꝑ vana gloria.
recentes ſiccaſqꝫ non comedent
cunctis diebus quibus ex vo/
to domino conſecrantur. Quic
quid ex vinea eſſe poteſt ab vua c
paſſa vſqꝫ ad acinum non come
dent. † Omni tēpore ſeparatio/ d
a nis ſue nouacula non tranſibit e†
ſuper caput eius vſqꝫ ad com/
pletum diem quo domino con
ſecratur: Sanctus erit creſcente
ceſarie capitis eius. Omni tem f
b pore conſecrationis ſue ſuper †
c mortuum non ingredietur: nec
ſuper patris quidem et matris
et fratris ſororiſqꝫ funere con/
d taminabitur: quia conſecratio
e dei ſui ſuper caput eius ē. Om/
ſ aliis omnibus diebus.
nis dies ſeparatiōis ſue ſanctꝰ
f erit domino. Sin auteʒ mortu/ g†
us fuerit ſubito quiſpiam co/
ram eo: polluetur caput conſe/ h
g cratiōis eius: quod radet ilico i
in eadem die purgationis ſue: k
⁊ rurſũ ĩ ſeptima. In octauo au l
ſ quo tempus reſurrectionis ſignificatur.
h tem die offeret duos turtures:
vel duos pullos columbe ſa/
cerdoti in introitu federis te/
a ſ timore gehenne pro peccatis: ſcilicet faciet
gemere.
ſtimonij: faciẽtqꝫ ſacerdos vnũ
a ſ vt ſuſpiret. ſ. deſiderio eterne vite.
pro peccato: et altērum in holo
i cauſtum et deprecabitur ꝓ eo:
quia peccauit ſup mortuo: ſan/ m
ſ mentē a carnali deſiderio curam.
ctificabitqꝫ caput eius in die il/
ſ vt omnes ſint ſancti et immaculati.
lo: et conſecrabit domino dies n
a ſ vitam innocentem pro criminoſa: ſimplici/
tatem ꝓ verſutia.
ſeparationis illius offerens ãg o
num anniculum ꝓ peccato: ita
k tamē vt dies priores irriti fiãt:
l quoniam polluta eſt ſancifica/
m tio eius. Iſta eſt lex conſecrati/ p
onis: Cũ dies quos ex voto de b+
uote decreuerat cõplebũt̄: ad/
ducet eum ad oſtium taberna/
culi federis: ⁊ offeret oblationē
n eius domino: agnum anniculũ
immaculatum in holocauſtum:

et omni quod inebriare poteſt abſtinebunt.
quia talia ad peccata alia deducunt ſm q̄ di
citur Prouer.xx. Luxurioſa res vinum ⁊ tu
multuoſa ebrietas. a Acetum ex vino et
ex qualibet alia potiōe. In hebreo habetur:
Ex quolibet inebriatiuo. b Et quicquid
de vua exprimitur non bibent. etiaʒ agreſtã.
ne per hoc appropinquarent ad potationem
vini. c Ab vua paſſa vſqꝫ ad acinum. In
hebreo habetur: A cortice vſqꝫ ad granula: q̄
ſunt in medio granorum vue: et per hoc intel
ligitur q̄ nihil de vua penitus debeãt guſta/
re. d Omni tempore ſeparationis ſue. Hic
conſequẽter ponitur ritus profeſſionis. ⁊ pri
mo reſpectu perſone proprie cum dicitur:
e Nouacula non tranſibit ſuper caput eiꝰ. †
Cuius ratio eſt ad deteſtandum cultum ido/ Leui.21.a
latrie vbi ſacerdotes habebant capita raſa:
ſm q̄ dicitur Baruch.vj. Sacerdotes ſedent
habentes tunicas ſciſſas: ⁊ capita et barbam
raſam. ideo fuit preceptum ſacerdotibus ve/
teris legis vt non raderent caput nec barbã:
vt habetur Leuitꝭ.xxj. et eadem ratione na/
çareus non radebatur tempore conſecratio/
nis ſue: quia illo tempore erat deputatus di/
uino cultui: vt dictum eſt. ſecũdo deſcribitur
ritus ſue profeſſionis reſpectu aliorum. cum
dicitur: f Omni tempore conſecrationis
ſue ſuper mortuuʒ non ingredietur. quia ido
latre in cultu ſuo vtebantur oſſibus mortuo/
rum. et ideo ſacerdotes minores qui per tem/
pora certa miniſtrabant non debebant ingre
di ad mortuos niſi valde propinquos. Sum/
mus auteʒ ſacerdos qui ſemper debebat eſſe
paratus ad diuinum obſequiũ totaliter erat
ſeparatus ab ingreſſu ſuper mortuum: vt ha
betur Leuitꝭ.xxj. et eadem ratione naçareus
tempore quo implebat votuʒ ſuum. Alia etiã
ratio aſſignatur: ſcilicet ne per affectioneʒ ad
propinquos mortuos mens eius a contēpla/
tione dei retardaretur vel impediretur.
g Sin autē mortuus fuerit ſubito quiſpiã
coram eo: id eſt in eodem tabernaculo in quo
manet: vt dicit Ra.Sa. h Polluetur ca/
put conſecrationis eius. eo q̄ non habuit de/
bitam diligentiã ſubtrahēdi ſe. et etiam quia
debet imputare peccatis ſuis taleʒ caſum im/
pedientem ipſum. i Quod radet ilico. qꝛ
ſicut premittitur. ſanctus erit creſcẽte ceſarie
capitis eius. Et quia illud incrementum a tē/
pore quo incepit votum vſqꝫ tunc pollutũ eſt
propter caſum ſuperuenientem. ideo precipi/
tur talis raſio. k Die purgationis ſue: id
eſt prima in qua aſpergebatur aqua luſtrati/
onis. ⁊ iterum ſeptima: purgabatur etiam ꝑ
ſacrificium. quod notatur cum dicitur:
l In octaua autē die offeret duos turtures
et patet littera vſqꝫ ibi: m Sãctificabitqꝫ
caput eius: id eſt diſponet ad implenduʒ vo/
tum. n Et conſecrabit domino die ſepara
tionis illius. qꝛ in illis debebat eſſe intentus
deuotioni et orationi et pijs operibus.
o Offerens agnum anniculum. in memori/
am illius agni per cuius ĩmolationem fuerũt
liberati de ſeruitute egypti. p Iſta eſt lex
conſecrationis. Hic conſequẽter deſcribitur
ſtatus perfectiōis qui conſiſtit in complemē/
to voti: quod notatur cum dicitur:
q Cum dies quos ex voto decreuerat com
plebunt̄ adducet eum: id eſt ſeipſum: vt dicit
Ra.Sa. vel adducet refertur ad ſacerdotem
qui faciat venire naçareum ad tabernaculuʒ
federis: vt offeratur eius oblatio: et ponunt̄
hic ſacrificia de omni genere: ſcilicet pro pec/
cato: et in holocauſtum: et hoſtia pacifica.
Iteʒ oblatio de diuerſis generibus panum:
ad oſtendendũ q̄ naçareus debet eſſe paratꝰ
in omnibꝰ que ſunt ad honorem diuinum.
Tũc radet

Joh.1.d immolatione ponit: de quo dicitur: Ecce agnus dei: ecce
qui tollit peccata mundi. Hunc in holocauſtum offert
cum pro eius amoꝛe carnes moꝛtificando totam vitam ſu
am ardoꝛe charitatis incenſã domino ꝯſecrat. ¶ Aug⁹.
Alia littera: Et offeret munus ſuum domino agnum an
niculum ſine vitio in holocauſtomata: ⁊ agnam anniculam ſine vitio vnam in peccatum. Hoc quidam transfer
re noluerunt velut locutionem inuſitatam vitantes: ⁊ di
xerunt: pro peccato ⁊ non in peccatum: cum ſit ſenſus in
ea locutione non perturbãdus. In peccatum enim dictũ
eſt: quia quod pro peccato offerebatur: peccatum voca
2.Coꝛ.5.d batur. Unde: Eum qui non nouerat peccatum ꝓ nobis
peccatum fecit: id eſt ſacrificium ꝓ peccato. Sicut ergo
agnus in holocauſtoma: ſic et agna in peccatum: vt ipm
pecus eſſet peccatum: id eſt ſacrificium ꝓ peccato. Sicut
de ariete qꝺ ſequitur in ſalutare dicit tanꝗ̃ ſit ipe ſaluta
re: cum ſit ſacrificium ſalutaris: qꝺ poſtea repetendo ma
nifeſtat. Nam et illud ꝓ peccato dicit qꝺ prius dixerat ĩ
peccatum. Et hoc ſacrificium ſalutaris: qꝺ prius dixerat
Tropo. in ſalutare. ¶ Rab. Tropol. Agnum offert ĩ holocauſtũ
qui deo exhibet ſimplicitatem coꝛdis cum deuotiõe cha
ritatis. Ouem: qui innocentie exemplum oſtendit. Arie
tem xpo pacificam hoſtiam: cum ſe in via dei bene regit: ⁊
carnem rebellem anime imperio ſubijcit. a Et ouem.
Ouem offert pro peccato: qui chꝛiſtum innocentem pro
peccato humani generis fideliter credit oblatum.
b Et arietem immaculatum. Hoc fit cum ipm eſſe confi
dit qui per diſpenſationem carnis celeſtia ⁊ terreſtria pa
cificauit: euacuans omnẽ principatũ ⁊ poteſtatem: quem
Phil.2.b deus exaltauit: ⁊ donauit illi nomẽ quod eſt ſuper omne
nomen ⁊c. c Et lagana. Ueterem legem: ſpũſãcto di
ctatam ⁊ temperatã ad vtilitatem humanã. d Abſq̃
fermento. Quia ſpiritualis gratia in lege et in euãgelio
recte intelligentibus patet. e Que offeret. Meritum
et laboꝛem cuiuſq̃ meditationem ⁊ obſeruationem legis
in conſpectu dei remunerando pꝛeſentans ad ingreſſum
vite celeſtis: pacto boni operis certamine. f Arietem
xpo immolabit ⁊c. Dignum ſcꝫ oſtendens mercede quie
tis perpetue tanꝗ̃ principẽ ſui vel alioꝛum ⁊ ducem opti
mum: qui ſe bene rexit ⁊ duxit in ſemita mandatoꝛũ dei:
ſꝫm doctrinam ſcripturarũ: et gratiam ſpiritualiũ chariſ
matũ. ¶ Greg⁹. Quid eſt ꝙ naçarei capillos nutriũt: ni
ſi ꝙ per vitam magne cõtinentie ꝑſumptionũ cogitatio
nes creſcunt. Sed quid eſt ꝙ deuotione cõpleta naçare⁹
caput radere: ⁊ capillos ĩ igne ſacrificij ponere iubetur:
niſi ꝙ tunc ad ꝑfectionis ſummã ꝑtingimus: cum ſic ex
terioꝛa vitia vincimus: vt etiam cogitationes ſupfluas
a mente reſecemus quas igne ſacrificij cremare. ẽ diuini
amoꝛis flãma incẽdere: vt totum coꝛ in dei amoꝛe ardeat
et cogitatiões ſupfluas cremans quaſi naçarei capillos
deuotionis ꝑfectione conſumat. g Et armum coctũ.
Foꝛtitudinem ſcꝫ operis: coctam ⁊ ꝓbatam igne tribu
lationis facit ſũmus ſacerdos ſanctum ſuum offerre deo
patri. h Et laganũ. Scientiam ſcilicet legis dono ſpi
ritusſancti: iuuans in opere conſũmare. i Eleuabit.
Bona ſcꝫ q̃ continẽs operatus ẽ patri ꝑſentabit ⁊ perpe
tua mercede faciet remunerari k Sacerdotis erunt.
Quia ad eius gloꝛiã pertinet quicquid naçareus bene
Phil.2.b voluerit et opere cõſũmauit. Ipſe enĩ eſt qui operatur in
nobis ⁊ velle ⁊ perficere. l Poſt hec: Id eſt poſt re
ctam intentionẽ: diſcretam ꝓmiſſionem: operis perfecti
onem: mercedis retributionẽ. m Bibere vinum. Ple
Ps.35. ne ⁊ libere haurire ſpiritale donũ. vnde: Toꝛrente volu
ptatis tue potabis eos. n Locutuſq̃ ẽ ⁊c. Moyſes le
gem: aarõ ſacerdotiũ: ⁊ filij eius oꝛdinẽ eccl'ie ſignificãt.
Docet ergo dominus per legem ſacerdotum oꝛdinẽ quo
modo populũ ꝑdicatiõe edificent: frequẽti oꝛatiõe ⁊ be
nedictione ꝯfirmẽt. ¶ Raba. Moyſes multiplicẽ habet
ſignificationẽ. Figurã habet iudaici ꝓpli: qui tenet cau
dam ſerpẽtis. Significat enĩ iudeos ĩ fine mũdi ad fidẽ
xpi vẽturos. Legẽ q̃ꝫ ſignificat ſicut ſupra oſtendimus.
Chꝛiſti ꝑſonã gerit: electos ſuos de ſpiritali egypto per
aquã baptiſmi liberãtis. ſ. qui ꝓplm de egypto ꝑ mare ru
brũ educit. qui tabnaculũ cõplet: erigit ⁊ vngit. o Bñ
dicat tibi. Notãdũ ꝙ in hac benedictione nomẽ domini
tertio inducit': vt ſãcta trinitas ĩtelligat': a quo: ⁊ ꝑ quẽ:
Rom.11.d ⁊ in quo omnia bona ſunt petẽnda et impetranda: q: ex
ipo ⁊ ꝑ ipm ⁊ ĩ ipo ſunt omnia. p Et cuſtodit. Bene
dictionẽ quã

a et ouem anniculam immacula
*alij in peccatum.*
b tam pro peccato: et arietem im
maculatum hoſtiam pacificam:
*ſcripturam. a ſpiritualis alimonie.*
*euangelice doctrine.*
caniſtrum quoq̃ pãnum açymõ
*a leticie gratia ſpiritusſancti.*
c rum qui conſperſi ſunt oleo ⁊ la
*malicie et nequicie.*
d gana abſq̃ fermẽto vncta oleo:
e ac libamina ſingulorum que of
*chꝛiſtus.*
feret ſacerdos coꝛam domino: ⁊
faciet tam pro peccato q̃ꝫ in ho
f locauſtum: Arietem vero immo
labit hoſtiam pacificam domi
no: offerẽs ſimul caniſtrum açy
moꝛum et libamẽta que ex mo
re debentur. Tunc radetur na a†
*mens ſcilicet abſtinentis a cogitationibus ſu perfluis.*
çareus ante oſtium tabernacu b
li federis ceſarie conſecrationis
*ꝑſumptionum cogitationes.*
ſue: tolletq̃ capillos eius et po c
*diuini amoꝛis.*
net ſuper ignem qui eſt ſuppoſi
g tus ſacrificio pacificoꝛum: et ar
*a myſteria ſcripturarum obſcura reuelando.*
mum coctum arietis: toꝛtamq̃
*a ſcientia ſcripture.*
abſq̃ fermento vnam de cani
h ſtro: et laganum açymum vnũ:
*a .i. cum eum coꝛruptione carnis ſpoliauerit: ⁊ onere curarum liberauerit.*
⁊ tradet in manib⁹ naçarei poſt
q̃ꝫ raſum fuerit caput eius. Su
i ſceptaq̃ rurſum ab eo eleuabit
*patris.*
in conſpectu domini: et ſanctifi
k cata ſacerdotis erunt ſicut pe
*a quia noſtra ſapientia eius donum propri um eſt.*
cruſculum quod ſeparari iuſſum
*a carnalis voluptatis moꝛtificatio.*
*b predicta.*
l eſt et femur. Poſt hec poteſt bi d e
*predicta.*
m bere naçareus vinũ. Iſta eſt lex f
naçarei cum vouerit oblationẽ
*a abſtinentie conſecrate.*
ſuã domino tempoꝛe ꝯſecrãtio
*a que ſcilicet ſponte faciet.*
nis ſue: exceptis his que inue g
nerit man⁹ eius: Iuxta qꝺ men
te deuouerat: ita faciet ad perfe
n ctionem ſãctificationis ſue. Lo h
cutuſq̃ ẽ dominus ad moyſen
dicens: Loq̃re aarõ et filijs ei⁹:
Sic bñdicet' filijs iſrl': et dicetis i
*a infuſione ſpiritualium chariſmatũ.*
*b cui⁹ eſt cuſtodire. vñ: Niſi dominus cuſto dierit ciuitatem fruſtra vi. q. c. ⁊c.*
o p eis: Bñdicat tibi dñs et cuſto k l

a Tunc radetur
naçareus. quia cre
ſcentia capilloꝛum
erat ſignum dura
tionis voti. ſicut di
ctum eſt. Creſcen
te ceſarie ⁊c. ⁊ ideo
voto completo ra
debatur in ſignum
quod licitum erat
ei redire ad cõmu
nem modum viuẽ
di ſicut ante votũ.
b Ante oſtium.
non ſub diuo. ſed ĩ
vna exedra atrij.
c Tolletq̃ capil
los eius ⁊ ponet ſu
per ignem qui eſt
ſuperpoſitus ſacri
ficio pacificoꝛum:
cui⁹ carnes coque
bantur ĩ caldaria:
et in igne ſuppoſi
to illi caldarie po
nebãtur capilli. ce
tera patẽt vſq̃ ibi:
d Et femur. hoc
erat ſpeciale in ſa
crificio naçarei: ꝙ
femur hoſtie pacifi
ce daretur ſacerdo
ita poterāt incedere de nocte in colūna ignis: ſic̄ et de die: vt habet̄ Exo. xiij. Sed cōtra hoc q̄d dicit̄ hic de labore itineris: videt̄ illō quod habetur Deut̄. viij. Adduxit te dñs de⁹ tu⁹. xl. annis ꝑ deſertū. ⁊ ſequit̄ ibi: Ueſtimētū tuū quo operiebaris nequaq̄ vetuſtate defecit: ⁊ pes tuus non eſt ſubtritus. Dicendū ꝙ illud bñficiū habebat locū in bonis hominibus ⁊ nō in malis: ſicut ⁊ manna erat valde ſapidum bonis ⁊ malis inſipidum: vt habet̄. j. ⁊ hoc patet ex modo loquendi quo dicitur hic: Ortū eſt murmur populi. quia quando intelligit̄ de bonis dicit̄ pplſ dñi vel pplus me⁹: vel quid huiuſmodi determinās ad bonū. q̄ñ āt de malis: dicit̄ abſq̄ determiatiōe. ſic̄ Exo. xxxiij. Populus iſte dure ceruicis eſt. a Deuorauit extremā caſtrorum partē. Extremū aūt accipitur dupliciter. ſ. de pte ſupiori ⁊ inferiori: ⁊ ſcḋm hoc ꝑ extremā partē caſtroꝝ intelligitur vulgus ſcḋm aliquos. ſcḋm alios ꝟo intelligunt̄ maiores de populo. ⁊ hunc ſenſum ſequitur Ra. Sa. dicens ꝙ ſeniores populi qui erant principales meruerant mortem: et nadab ⁊ abiu cū eis quando viderūt deum: vt dictū fuit Exo. xxiiij. ſed quia dñs eo tēpore quo data erat lex de nouo: noluit īmiſcere luctū cū gaudio de receptiōe legis: ideo diſtulit mortē nadab ⁊ abiu vſq̄ ad dedicatiōnē altariſ: vt hēt̄ Leui. x. Mortē aūt. Lxx. ſeniorum vſq̄ ad iſtum locum in quo fuerunt negligētes de repreſſione murmurationis populi quem tenebantur regere ſicut et moyſes: ⁊ quia forte murmurauerunt cum populo.
b Et abſorptus eſt ignis. i. extinctus. c Uulg⁹. Hic conſequenter ponitur murmuratio ex concupiſcentia ſaporis: vbi primo ponitur dicta murmuratio. ſecūdo moyſi afflictio. ibi: Audiuit ergo moyſes. tertio domini cōſolatio. ibi: Et dixit dominus. quarto promiſſi īpletio. ibi: Uenit ergo moyſes. quinto peccati punitio. ibi: Adhuc carnes. Circa primum oſtenditur murmuratio eſſe iniuſta ratione cibi petiti. cū dicitur: Uulgus quippe ꝓmiſcuum ⁊c. iſti erant egyptij conuerſi ad iudaiſmū. ſicut dictū fuit Exo. xij. d Flagrauit deſiderio. i. ardenter deſiderauit. Carnium. non eſt in hebreo nec habet̄ in libris correctis: quia non ſolum deſiderauit carnes: ſed etiam piſces ⁊ alia: vt infra ſubditur: e Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? patet iſta petitio ꝙ ſit iniuſta: q̄r adduxerant ſecum de egypto multa animalia: vt habetur Exo. xij. Nec poteſt dici ꝙ eſſent conſumpta: quia infra. xxxij. ca. dicitur: Filij autē ruben ⁊ gad habebāt pecora multa ⁊c. ideo inde poterant habere carnes: ſed ꝓpter ſuam auariciam parcebant ſuis animalibus: ⁊ q̄r deſiderabant carneſ magis delicatas: ꝓpter quod domin⁹ quaſi ſatiſfaciens eorum deſiderio miſit eis coturnices. † Exo.16.a
f Recordamur piſcium quos comedebamus in egypto gratis. i. pro paruo precio: et non poteſt itelligi ꝓ nihilo. cum etiam palee ad conficiendum lateres non darentur eis gratis: vt habetur Exo. v. g In mentem nobis veniūt cucumeres. dicunt aliqui ꝙ ſunt cucurbite: alij āt ꝙ eſt aliud genus terrenaſcentiū. h Pepones. i. melones. i Porriq̄ cepe ⁊ allia. per iſta deſignāt̄ cibaria que comedebāt cū iſtis quaſi cū ſalſamento vel cōdimēto. ſicut Eſdre. iiij. Memores ſalis quod in palatio comedimus: id eſt ciborum ſale conditorum. Secundo oſtēditur murmuratio iniuſta ratione cibi habiti. cum dicit̄: k Nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man. quod tamen habebat in ſe omnem ſaporis ſuauitatem: vt habet̄ Sap. xvj. Man enim ſiue manna habebat triplicē ſaporem. vnus erat naturalis: ⁊ erat quaſi ſapor melli: vt habetur exo. xvj. alius ſupernaturalſ: ⁊ hic duplex: q̄r bonis ſapiebat ꝓut volebāt. ſapiebat eī piſces cū dſiderabāt piſces: ⁊ deſiderātib⁹ carnes: ſil̄r ꝯuertebat̄ eis in ſaporem carnis. ⁊ ſic de alijs cibis magis deſcendendo in ſpeciali. et hoc eſt quod dicitur Sap. xvj. Subſtantiā eñi tuā ⁊ dulcedinem tuā quā in filios habes oſtendebas: et deſeruiens vniuſcuiuſq̄ voluntati: ad quod quiſq̄ volebat conuertebatur. Et eadē ratione malis hominibus erat cibus inſipidus qui de natura ſua erat dulcis. Erat autē man quaſi ſemen coriandri: in figura ⁊ quantitate: ſed non in colore. ideo ſubditur: l Coloris bdellij. quod eſt albū ⁊ lucidum ſicut cryſtallus. m Frangebat mola ⁊c. hoc faciebant mali quib⁹ erat cibus inſipidus. ⁊ ideo querebāt ibi ſaporem per diuerſas vias: tamen ex decoctione non meliorabatur: ſed magis ſapor dulcis immutabatur in peius per decoctionem. ideo ſubdit̄: n Quaſi panis oleati. i. in cuius piſtatiōe oleum miſcebat̄. o Cunq̄ deſcenderet nocte ſuper caſtra ros: deſcēdebat pariter ⁊ man. Primo enim cadebat pruina quaſi ſtramentū māne: poſtea manna: ⁊ tertio ros quaſi ei⁹ operimentum prout plenius expoſitū fuit Exo. xvj. p Audiuit ergo moyſes. Hic ponitur afflictio moyſi habentis curam populi: cui intolerabilis videbatur ꝓpter maliciā eius. ⁊ patet littera vſq̄ ibi:

☙ Ut deſcen.   ☙ Non poſſū

G a Ut deſcendā. Iſid. In tredecima māſione deſcendit ſpiri/
tus ſup ſeptuaginta viros electos: ⁊ dominus deſcendit ī nu
be ⁊ retraxit de ſpiritu q̄ erat ſup moyſen: ⁊ īpoſuit ſup .lxx. vi/
ros. Deſcendente enim in nube carnis xp̄o: diffuſa eſt ꝑ fidem
ſpū̄ſſancti gratia ſup populos: ex ſeptuaginta gentiū linguis
electos: veniteꝗ ſup omnes donū illō
virtutis celeſtis q̄ quondaȝ fuerat in
moyſe ⁊ ꝓphetis. b Et auferā de
ſpiritu tuo: tradāꝗ eis vt ſuſten. ⁊c.
Aug⁹. Alia littera. Et auferā de ſpū
q̄ in te ē: ⁊ ponā ſup eos: ⁊ ſuſtinebūt
tecū impetū ppl̄i: ⁊ nō portabis illos
tu ſolus ⁊c. Pleriꝗ latini nō vt i gre
co eſt trāſtulerūt: ſed dixerūt: Auferā
de ſpiritu tuo qui eſt in te: ⁊ ponā ſup
eos: aut ponā in eis: et fecerūt ſenſum
laborioſuȝ ad intelligēdū. Putari eī
poteſt de ſpiritu ipſius hoīs dictuȝ:
quo humana natura complet̄ corpore
adiuncto: que conſtat ex corpore ⁊ ſpi
ritu: quē etiam animā dicūt. vn̄ Pau
1.Co.2.c lus: Quis hoim ſcit q̄ ſūt homis: ni/
ſi ſpūs hominis qui in ipſo eſt? Sic et
que dei ſūt nemo ſcit niſi ſpūs dei: Et
qđ poſtea adiūgit: Nos aūt nō ſpūm
huius mundi accipimus: ſed ſpirituȝ
qui ex deo eſt: oſtendit aliū eſſe ſpiritū
dei cuius ꝑticeps ſit ſpūs hominis ꝑ
gratiā dei. Quis poſſit etiā (ſicut alij
interꝑtati ſunt) intelligi ſpūs dei. cuȝ
dicit̄: de ſpiritu tuo qui eſt in te: q̄ꝛ ſit
etiā noſter q̄ dei eſt: cū accipim⁹ eum:
ſicut de iohanne dictū eſt: in ſpiritu ⁊
virtute helie. Non eniȝ anima helie in
eū fuerat reuoluta. Quod ſi q̄dā he
retici opināt̄: quid dicūt in eo qđ ſcri/
4.Reg.2.c ptum eſt: Spiritus helie requieuit ſu/
per heliſeū: cū iā ille haberet aīam ſu/
ā: niſi quia dictū eſt de ſpū dei: vt ēt
per illū operaret̄ talia qualia ꝑ heliaȝ
operabat̄: nō ab illo recedēs vt iſtum
poſſet implere: aut ꝑtitus minor eſſet
in illo vt poſſit in iſto eſſe. Deus enim
eſt qui poſſit eſſe in omnibus tant⁹ vel
totus: in quib⁹ per illā gratiā eſſe vo/
luerit. Nunc aūt cū ſcriptū ſit: Et au/
ferā de ſpiritu qui eſt ſup te: nec dictū
ſit de ſpiritu tuo: facilius ſoluit̄: q̄ꝛ in/
telligimus nihil aliud ſignificare vo/
luiſſe niſi ex eodeȝ ſpiritu gratie illos
quoꝗ habituros adiutorium ex quo
habebat moyſes: vt ⁊ iſti haberēt quā
tū deus vellet: nō vt ideo moyſes mi/
nus haberet. c Sexcenta milia pe
ditū hu. po. ſunt. Aug⁹. Alia littera.
Sexcenta milia peditū in quib⁹ ſū in
ipſis: ⁊ tu dixiſti: carnes dabo eis ⁊c.
Queritur vtrū hoc moyſes diffiden/
do dixerit an querēdo? Sed ſi putaue
rimus eū diffidendo dixiſſe. queritur
cur h̄ ei nō exprobrauerit dn̄s: ſicut ꝙ
ad petrā vn̄ ꝓfluxit aqua videt̄ de do
mini poteſtate dubitaſſe? Si autē dixe
rimus eū modū queſiuiſſe quo fieret:
Reſpōſio dn̄i q̄ dicit̄: Nūq̄d man⁹ do
mini nō ſufficiet? q̄ſi redarguētis vide
tur ꝙ illi nō crediđiſſet. Sed meli⁹ pu
to intelligi dn̄m ita reſpondiſſe: tanꝙ
modū quē ille querebat dicere noluerit: ſed potius opere ipſo
Luce.1.d potentiā ſuā demōſtrare. Poterat eni ⁊ marie dicenti: Quō fi
et iſtud: qm̄ virū nō cognoſco? a calūniantib⁹ obijci: qđ min⁹
crediderit: cū illa modū queſierit: nō de virtute dei dubitaue/
Ibidem rit. Qđ aūt reſpōſū eſt illi: Spūſſanct⁹ ſupueniet in te: ⁊ vir/
tus al. obum. ti. poterat etiā ſic reſpōderi: quō hic: Nunquid
ſpirituiſancto impoſſibile eſt: q̄ ſupueniet in te? ac ſi idē ſenſus
conſeruaretur. Sed Zacharias talia dicens incredulitat' ar/
guitur: ⁊ voc' oppſſe pena plectit̄. De⁹ eī nō de v̄bis: ſȝ ď cor
dib⁹ iudicat. alioq̄n poterat moyſes excuſari niſi in eū clara eſſȝ
dei ſnīa

• me? Nunq̄d ego concepi omneȝ
hanc multitudinē vel genui eaȝ:
vt dicas mihi porta eos in ſinu
tuo ſicut portare ſolet nutrix infā/
tulū: et defer i terrā ꝓ qua iuraſti
patrib⁹ eoꝝ? Unde mihi carnes
vt dem tante mltitudini? Flent
corā me dicentes: Da nobis car/
nes vt comedamus. Nō poſſū ſo
lus ſuſtinere omneȝ hūc populū: a
quia grauis eſt mihi. Sin aliter b
tibi videt̄: obſecro vt interficias
me et iueniā gratiā in ocul' tuis:
ne tantis afficiar malis. Et dixit c d
§ de .lxx. linguis electos.
b dn̄s ad moyſen: Congrega mihi e
ſeptuaginta viros de ſenioribus
§ grauitate morum.
iſrael quos tu noſti ꝙ ſenes po/
puli ſint ac magiſtri: ⁊ duces eos f
ad oſtiū tabernaculi federis: faci
§ in nube carnis.
a eſcē ibi ſtare tecū: vt deſcēdā ⁊ lo/
a § ſcđo. ſ. q̄ in te ē ꝑ gratiā ⁊c.
b quar tibi: ⁊ auferā de ſpiritū tuo: g
tradamꝗ eis vt ſuſtētēt tecū on⁹ h
populi ⁊ non tu ſolus graueris. i
Populo quoꝗ dices: Sāctifica/ k
mini (cras cōedet' carnes. Ego
eni audiui vos dicere: Quis da/
bit nobis eſcas carnium? Bene
nobis erat in egypto) Ut det vo
bis dn̄s carnes ⁊ comedat': Nō
vno die nec duobus vel quinꝗ
aut decē nec viginti dieb': ſȝ vſꝗ
ad menſem dierū: donec exeat ꝑ l
nares veſtras ⁊ vertat̄ in nauſeā:
eo ꝙ repuleritis dn̄m q̄ in medio m
veſtri eſt: ⁊ fleuerit' corā eo dicē/
tes: Quare egreſſi ſumus ex egy
pto vt periremus i ſolitudie? Et
c ait moyſes ad dn̄m: Sexcēta mi/ n
lia peditū huius populi ſūt: ⁊ tu o
dicis: dabo eis eſū carnium mēſe

a Nō poſſū ſolus ſuſtinere. quō cōqueritur ꝙ ſolus ſuſtineret
onus ppl̄i. cū de ꝯſilio ietro ꝯſtituerit tribunos ⁊ cēturiōes?
q̄ꝛ ſcđm Ra. Sa. ſeptuaginta ſenes qui cū eo erāt īſtituti ad re/
gimē populi iā mortui erāt: vt dictū eſt in principio capituli.
Ul' ſcđm alios dicētes ꝙ illi q̄ fuerūt mortui ab igne nō fuerūt
de maioribus populi: ſȝ de vulgarib⁹.
illi aūt q̄ erāt īſtituti ſup ꝑplm cū moy
ſe ītromittebāt ſe tm̄ de t̄ꝑalib⁹. moy/
ſes aūt volebat habere etiā adiutoriū
in ſpiritualib⁹. b Sin aliter tibi vi
detur: obſecro vt interficias me. i. acci
pias animā meā de vita ꝑſenti ad te.
c Ne tātis afficiar malis. timebat eī
moyſes ne malicia ppl̄i eſſet ſibi occa/
ſio ruendi in malū īpatiētie. d Et di
xit dn̄s. Hic ꝯñr ponit̄ cōſolatio dn̄i. D
Et primo q̄ntū ad ppl̄i curā. ſcđo quā/
tū ad cibi ꝓuiſionē. ibi: Populo quo
ꝗ. Circa primū dicit̄: e Cōgrega
mihi ſeptuaginta viros ⁊c. Ra. Sa. di
cit ꝙ iſti fuerūt ꝑpoſiti filiorū iſrl' cum
eſſent ī labore egypti: et q̄ꝛ cōpatiebā/
tur eis nō artabāt eos ad implenduȝ
numerū laterū: ꝓpter quod flagella/
ti fuerūt ab exactorib⁹ pharaonis: vt
habetur Exo. v. ideo meruerūt aſſumi
ad regimē populi loco illoꝝ qui mor/
tui fuerant: ⁊ cū hoc habuerūt ſpiritū
ꝓphetie: vt. ī. habet̄. Scđm alios fue
runt idē ſenes qui prius regebāt ppl'ȝ
in tēporalib⁹ ⁊ tūc cū hoc impoſita eſt
eis cura in ſpūalibus: ꝓpter qđ rece/
perūt de nouo ſpūȝ ꝓphetie: q̄ꝛ ad ſpi
ritualia ꝓmouebant̄. f Et duces
eos ad oſtiū tabernaculi. in oculis to
ti⁹ ppl̄i: vt in timore ⁊ reuerētia habeā
tur. g Et auferā de ſpū tu. i. de cu/
ra tua. h Tradāꝗ eis. vt partito
in alijs onere leui⁹ tibi ſit. Alit̄ expōi/
tur: De ſpiritu tuo. i. de ſpiritu gratie
tibi date. ⁊ tūc nō eſt intelligenduȝ ꝙ
aliquid ſit ablatū moyſi ⁊ traditū ali/
is: ſed fuerunt illuminati abſꝗ dimi/
nutiōe gratie moyſi: ſicut a lumīe vni/
us candele illumināt̄ plures abſꝗ ſui
luminis diminutione. Sciendū tm̄ ꝙ
ſimilitudo iſta non tenet q̄ntū ad cau/
ſam effectiuā: itaꝗ donū gratie ī moy
ſe exiſtēs cauſaret gratiā in alijs effe/
ctiue: ſed tantū meritorie: in q̄ntū ad ꝑ
ces moyſi ad eius ſubleuationē alij fu
erunt illuminati. i Populo q̄ꝫ di
ces. Hic ponitur conſolatio contra de
fectum cibi. cum dicitur: k Sācti
ficamini. i. preparate vos ad recipien/
dum id quod petiſtis. Sāctificatio eī
in hebreo frequent̄ accipit̄ ꝓ prepara
tione. Ra. Sa. exponit: preparate vos
ad recipiendū punitionem ꝓpter ve/
ſtram murmurationē. ſicut dicit̄ Hie/
re. xij. Sanctifica eos in die occiſiōis. E
Et vtrunꝗ pōt intelligi: q̄ꝛ de⁹ diſpo/
nebat eis dare carnes ſicut petierāt:
⁊ eos punire ꝓ iniuſta petitione.
l Donec exeat per nares veſtras: q̄ꝛ
vomitus egrediens per os vt frequē/
ter fedat nares. m Eo ꝙ repuleri/
tis dn̄m: quātū in vobis eſt ex ingra/
titudine vr̄a. n Sexcēta milia ⁊c. ſ. ſ. j. ca. expreſſit numerū
eoꝝ ſexcēta ⁊ tria milia q̄ngēti. l. Dicendū ꝙ illi q̄ erāt vltra
ſexcēta milia fuerūt mortui in plaga ignis dicta in principio
ca. o Et tu dicis dabo eis ⁊c. Hic varie ſentiunt doctores
hebreoꝝ. dicit eni Ra. Aquiba ꝙ moyſes hic dubitauit de ī/
pletiōe verbi dei: ⁊ ad hoc inducit id qđ ſequitur de reſpōſiōe
dn̄i: Nunq̄d man⁹ dn̄i inualida ē? q̄ videt̄ eſſe reſpōſio ad du
bitantē vel deſperantē de impletiōe facti: ⁊ ideo peccauit ita
grauiter ſicut in aquis cōtradictionis de quibus habetur in
fra. xx. ca. Uerūtamen non fuit hic punitus ſicut ibi: q̄ꝛ illud


fuit factū

ītegro? Nūq̄d ouiū ⁊ boum mul/
titudo cedeṫ vt poſſit ſufficere ad
cibū: vel oēs piſces maris in vnū
congregabuntur vt ſatient eos?
Cui rn̄dit dn̄s:† Nūq̄d man⁹ do
mini inualida eſt? Jam nunc vi/
debis vtrū meus ſermo opere cō
a ſ lxx. erit moyſes ad ppl̄m et locut⁹ ē verba do/
mini: intus enim eſt dum ab ipſo docetur. cū tur/
bis loquitur: foras exire ꝓhibetur.
pleatur. Venit igitur moyſes et
narrauit populo verba dn̄i con/
gregans ſeptuaginta viros de ſe
niorib⁹ iſrael: quos ſtare fecit cir/
ca tabernaculum. Deſcēditq̄ do
minus p̄ nubē: ⁊ locut⁹ eſt ad eū:
auferēs de ſpū q̄ erat in moyſe: ⁊
a ſ ꝑ puritate cordis ⁊ capacitate intelligentie.
ſ laudem vite eorum exponit.
dās ſeptuagita viris. Cūq̄ re/
quieuiſſet in eis ſpiritus prophe/
tauerunt nec vltra ceſſauerunt:
Remāſerāt aūt in caſtr̄ duo viri:
quorū vnus vocabaṫ heldad: et

ſ ſed modū querit nō diffidit.

dei ſententia ꝙ diffidendo talia dixerit: Audite me increduli.
Nunquid de petra iſta educim⁹ vobis aquā? deinde ſequiṫ:
Et eleuata moyſes manu ſua ꝑcuſſit petraꝫ virga bis ⁊c. ad h̄
illā virgā in qua tanta miracula fecerat ſūpſit eaq̄ petrā ꝑcuſ
ſit: atq̄ inde ſolite virtutis eſt cōſecutus effectus. Verba ergo
quib⁹ ait: Nūquid ex hac petra edu/
cimus aquā: poſſent accipi ſic tanq̄ di/
ceretur: Nempe ex hac petra ſꝫ vrāꝫ
incredulitatē aqua educi non poteſt:
vt deniq̄ ꝑcutiēdō oſtēderetur diuini
tus potuiſſe fieri: qđ illi in infidelita/
te nō crederēt. Mařie q̄ꝛ dixerat: Au/
dite me increduli. Sed deus q̄ inſpe/
ctoꝛ eſt cordis quo animo dicta fuerit
Deu. 32.g indicauit. ait eni: Quoniā nō credidi
ſtis ſāctificare me in conſpectu filioꝝ
iſrael ⁊c. ac ꝑ hoc intelligit moyſē ita
dixiſſe tanq̄ ad incertū ꝑcuſſerit: vt
ſi nō ſequereṫ effect⁹: hoc p̄dixiſſe pu/
tareṫ. cū ait: Nūq̄d ex hac petra edu/
cimus vobis aquā? qđ in animo eius
omnino latent: niſi dei ſententia ꝓdi
F diſſet. Ecōtrario ergo debem⁹ hic in/
telligere verba moyſi de ꝓmiſſis car/
nibus querētis quō fieret: nō diffidē/
tis fuiſſe qn̄ ſentētia dei ſecuta nō eſt
que vīdicaret: ſed poti⁹ que doceret.
a Venit ergo moyſes. Orige. Alia
littera. Exijt inquit moyſes ad ppl̄m:
⁊ locutus eſt verba dn̄i. Donec verba
dei audit moyſes: ab ipſo doceṫ: intuſ
eſt: ⁊ in interioꝛibus ⁊ in ſecretis cōſi/
ſtit. Ubi vo turbis loquiṫ ⁊ pplo mi/
niſtrat: qui intus nō poteſt ſtare foraſ
exire diciṫ. Omnis eni doctoꝛ eccl̄ie
ſi de ꝓfūdioꝛib⁹ myſterijs tractat: et
occulta ſapiētie inter ꝑfectos ꝓferat:
intus eſt. Cū vo ad turbas loquiṫ ea
q̄ ꝓficiunt his qui foris ſunt: ⁊ q̄ vul
gus poteſt audire: foras exit et loqui/
tur ad populū verba dei. Intus erat
1. Coꝛ. 2. b Paulus cū diceret: Sapientiā loquimur īter ꝑfectos ⁊c. Ad
Eph. 4. g populū vo ꝓcedens ait: Omnis ſermo mal⁹ ex oꝛe veſtro nō
ꝓcedat: ⁊ qui furabatur iam nō furetur ⁊ ſimilia ⁊c.
b Auferens de ſpiritu q̄ e. ⁊c. Non intelligendum eſt quaſi
materialē ⁊ coꝛpoꝛeaꝫ ſubſtātiam: in. lxx. poꝛtiones ſecuerit: ⁊
vnicuiq̄ particulā dederit. Impium eniꝫ eſt intelligere hoc de
natura ſpiritusſancti. Sed moyſes et ſpiritus qui erat in eo q̄/
ſi clariſſimi luminis lucerna fuit. ex qua ſeptuaginta de⁹ accē/
dit: ad quos principalis luminis ſplendoꝛ aducit: ⁊ oꝛigo ipſi
us nihil damni ex deriuatione accepit. c Requieuiſſet. Ori
ge. Et requeuit ſuꝑ eos ſpiritus: et prophetauerūt omnes ⁊c.
Non legitur requieuiſſe ſpiritus niſi in ſanctis. Requieſcit ei
in his qui mundo ſunt coꝛde: qui purificant animas a pecca/
to. Sic vt non habitat in coꝛpoꝛe ſubdito peccatis: etiā ſi habi
tauit aliquando. Nō eni poteſt pati ſocietatē mali. Certū ē au
tem in tempoꝛe peccati eſſe in coꝛde cuiuſq̄ ſpūm malū: ⁊ age/
re partes ſuas. Cum datur ei locus per cogitationes malas ⁊
concupiſcentias: contriſtatus (vt ita dicam) fugatur ſpirituſ/
Eph. 4. g ſanctus. vn̄: Nolite contriſtare ſpiritūſanctū in q̄ ſignati eſtis
⁊c. Peccātes ergo cōtriſtamus ſpiritūſanctū. Bene agētes re
quiē ei paramus. Quod ergo ait de ſeptuaginta p̄ſbyteris: q̄ꝛ
ſpūs requieuit in eis: laudem vite eoꝝ ⁊ virtutes expoſuit.
Orige. Et requieuit in eis vel ſuꝑ eos ſpiritus: ⁊ pro. ⁊c. Cō
tinuo opaṫ ſpūs nec ociū patiṫ: vbi opādi materia digna ſup/
peditat. In omnibus ergo qui ꝓphetauerunt requieuit ſpiri/
Eſa. 11. a tus: ſed nō ſicut in ſaluatoꝛe: propter quod de eo dictū ē: Exi/
bit virga de radice ieſſe: et flos de radice eius aſcendet: ⁊ reqe
uit ſuper eum ſpūs dn̄i: ſpūs ſapiētie ⁊ intellec. ⁊c. Vide enim
quia ſuper nullum aliuꝫ ſpiritus domini requieuiſſe hac ſeptē
plici virtute deſcribiṫ: per qđ diuini ſpiritus ſubſtantia (quia
vno nomine non poterat) diuerſis vocabulis explanaṫ: requi
Joh. 1. c eſcere ſuper eū ꝓphetaṫ. Hic quoq̄ iohānes ait: Qui miſit me
baptiçare in aqua hic dixit mihi: Super quē videris ſpūm de
ſcendētē ⁊ manentē ſuꝑ eum ipſe eſt. Addidit eni ⁊ manenteꝫ
ſuꝑ eum: vt eſſet hoc ſignum in ſaluatoꝛe: quod in alio nō poſ/
Eſa. 53. c ſet oſtendi. de illo enim ſolo dictum eſt. Quia peccatū non fe/
cit: nec inuentus eſt dolus in oꝛe eius. Quia eni ſolus eſt qui
peccatū nō fe.

peccatū nō fecit: ideo in illo ſolo māſit ⁊ ꝑmanſit ſpiritus. Cō
ſtat ergo reliquos omnes fuiſſe ſub peccato: nec cōgruit vt tē
poꝛe peccati dicamus ſpiritū manſiſſe in eis. Ipſe enim moy/
ſes cū iā ſpūꝫ accepiſſet ſeipſū peccaſſe teſtaṫ. cū diceret: Au Su. 20. b
dite me increduli. nūquid de petra iſta ꝓducemus aquā vo/
bis? In his eni dictis nō ſanctificauit
deum. i. nō cōfiſus ē in virtute dei. Cū
ergo hec loquereṫ nō de ſpiritu ſācto:
ſed d̄ ſpiritu peccati loquebaṫ. Certū
eſt ergo alios ꝓphetas aliquādo ha/
buiſſe ſpirituꝫ dei: aliq̄n nō habuiſſe.
Hinc ⁊ dauid ait: Et ſpūm ſāctū tuuꝫ Pſ. 50.
ne auferas a me. in quo oſtenditq̄ po †Eſa. 50 a
teſt auferri. In ſequentibus vo tanq̄ cr. 59. a
ablatū repopoſcit. Redde mihi letici/ Ibidem
am ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu pꝛincipali
confirma me. Salomonē quoq̄ nemo 3. Reg. 3. b
dicit niſi in ſpirituſancto iudicia iudi
caſſe: vel tēplū dn̄o ꝯſtruxiſſe: aut rur Ibidē. 6. a
ſus in ſpūſancto demonib⁹ tēpla feciſ Ibi. 11. c
ſe? aut impijs mulieribus latera flexiſ
ſe? Propheta quippe etiā a domio ab Ibi. 13. a
do miſſus eſt in bethel: ⁊ in ſpiritu dei
verba dn̄i locutus eſt: nō tamē in eo/
dē ſpiritu preceptū dn̄i p̄uaricatus eſt
quo ꝓhibitus erat mādu care panem
in bethel: ideo occiſus ē a leone. Ego
autē (licet nō vſq̄quaq̄ ꝓnunciem)
hec puto eſſe etiā quedā cōmunia ho/
minū geſta: q̄ q̄uis peccato careāt: nō
tamē digna videntur quibus interſit
ſpirituſſanct⁹: vt cōnubia legitima ca/
rent quidē peccato: nō tamen quādo
actus coniugales geruṅt ſpūſſanctuſ
datur: etiam ſi propheta operaṫ. Alia
eniꝫ plura ſunt in quibus ſola ſufficit
vis humana: nec res indiget neq̄ de/
cet ſpirituſſancti adeſſe pꝛeſentiam.
d Remāſerant aūt in caſtris duo vi
ri ⁊c. Non negligentia precepti domi/
ni: ſed deuotione humilitatis īdignoſ
ſe iudicantes: ꝑceptione tāti muneris: ideo iudex coꝛdiū de
us dignos eos iudicauit et oſtēdit. ¶ Quid inq̄t

## Nico. de lyra

fuit factū in publico coꝛā tota multitudine filioꝝ iſrael. ⁊ iō
ſtatim fuit determinata punitio. ſ. ꝙ nō intraret terrā ꝓmiſſi
onis: ſed iſtud fuit factū in ſecreto. ſ. coꝛā deo tm̄: ⁊ iō pena
nō fuit ſtatim impoſita qm̄ aliter ſūt puniēda pctā publica et
ſecreta. Ra. Sa. dicit ꝙ moyſes nō peccauit hic. ⁊ ad hoc in/
ducit illud quod diciṫ ca. ſequenti de moyſe a dn̄o. Qui ī om
ni domo mea fideliſſimus eſt. ⁊ hoc idem dicunt doctoꝛes no
ſtri dicentes ꝙ moyſes nō dubitauit de impletione verbi dei
ſed quia modus impletionis nō erat ſibi reuelatus: queſiuit
de modo implendi: nec in hoc peccauit. ſicut nec beata virgo
maria quando petiuit ab āgelo: Luc. ij. Quomodo fiet ⁊c.
⁊ ſic exponendum eſt illud. a Nunquid ouium ⁊ boum
multitudo cedeṫ ⁊c. ac ſi dicat implebiṫ ne verbū tuū ꝑ hunc
modū vł aliū? b Cui rn̄dit dn̄s: nūq̄d man⁹ dn̄i inualida
eſt? ac ſi diceret: potētia mea pōt īplere h̄ multis modis cum
ſit infinita. modū tn̄ iſtū nō reuelabo tibi vbo: ſ; oſtendā fa/
cto. ideo ſubdiṫ: Iā nūc videbis ⁊c. ſequiṫ: c Venit igiṫ
moyſes. Hic ꝯn̄r deſcribiṫ impletio diuini ꝓmiſſi. ⁊ p̄mo q̄/
tū ad partē cure alijs imponēde. ſc̄do q̄tū ad cibi ꝓuiſionē.
ibi: Vent⁹ autē egrediēſ. Pꝛimū pꝫ in lr̄a ex p̄dict̄ vſq̄ ibi:
d Prophetauerunt nec vltra ceſſauerūt. dictio hebꝛaica q̄
ponitur hic eſt equiuoca ad addere ⁊ ceſſare. ⁊ ſm̄ h̄ exponiṫ
oppoſito mō ab hebꝛeiſ. Uno modo ſic: Prophetauerṫ ⁊ nō
addiderūt. i. illo tm̄ die prophetauerunt ⁊ non vltra. Alio
modo ſic: Prophetauerūt ⁊ nō ceſſauerūt. i. non fuit ablatuſ
ab eis ſpūs ꝓphetie. licet non continue ꝓphetarēt. ⁊ hūc ſen
ſum ſequitur noſtra tranſlatio que videṫ verioꝛ: q̄ꝛ ſpiritus
pꝛophetie erat eis datus ad regimē populi vt dictū eſt. ⁊ iđo
nō eſt veriſimile ꝙ habuerint tm̄ vno die: ſed durāte eoꝝ regi
mine ⁊ hoc oſtendit lr̄a p̄cedēs: Cūq̄ requieuiſſet in eis ſpūs.
⁊ ſequiṫ: e Remāſerant aūt in caſtris. non ex contēptu ſed
ex humilitate: reputantes ſe indignos tāta ꝓmotione: ⁊ iđo
receperūt donū dei ſicut ⁊ alij. ideo ſubditur:

Sup q̄s

G a Quid inquit emularis ꝛc̄. Grego. Pia mēs paſtoꝝ
quia nō ꝓpriā gl'iam ſed auctoris ꝗrit: ab omnib⁹ vult iu
uari qd̄ facit. Fidelis enī p̄dicator optat ſi fieri valeat vt
veritatē quā ſolus loq̄ nō ſufficit: ora cūctoꝝ ſonēt. Un/
de cū ioſue duobus in caſtris remanētib⁹ ꝛ ꝓphetantib⁹
vellet obſiſtere: ei p moyſen dici
tur: Quid emula. ꝓ me? Quis
tribuat vt omnis ppl's ꝓphetet:
det ei ſpūm ſuū? ꝓphetare enim
omnes voluit qui bonuꝫ qd̄ ha/
buit nō inuidit. b Coturnicū
multi. Ra. Carnal' pplus iudeo
rū ſūpto celeſti cibo carnes deſi/
derauit: ſed deus ita iudiciū cō/
tēperauit vt puniret malos: nec
fragilib⁹ alimoniā denegaret: et
in ipſa conceſſione aliq̄d ſpirita/
le innueret. Nō enī ferarū nō q̄/
drupedū nec terreſtriū aīalium
eſū tribuit: ſꝫ volucrū: vt diſce/
rēt ſupna mag' deſiderare ꝙ̄ ter
rena: ſpiritalia ꝙ̄ corpalia. Aui
um enī natura ex aquis ꝓceſſit:
ſed in aere habitationē acquiſi/
uit ſibi. Qui ergo volucres co/
medunt: ab imis ad ſuperna cor
leuare monentur: vt licet in ter/
renis corporibus degāt: animo
ſemper celeſtia petant: ſm illud
1. Co. 10. a Apoſtoli: In carne ambulātes
Phil. 3. d non ſm carnem militamus. No
ſtra autem conuerſatio in celis
eſt. c Sepulchra concupiſcē
tie. Iſido. Tertiadecima māſio
eſt in ſepulchris concupiſcentie:
vbi populus faſtidiens celeſtem
panem: carnes egyptias deſide/
rauit: mſtos que ſubito vorauit
incendium. Quibus docemur
vt qui conuerſationem ſeculi re/
linquimus: et egyptias ollas. i.
carnalium deſideriorum feruo/
res: non murmuremus cōtra ce/
leſtem panē: nec virulētias egy/
ptiorum qui ſunt magnarū car/
nium: ſed ſimplicē māne cibū. i.
purā celeſtemq̧ vitā agam⁹. Si
enim poſt perceptā angelicā mā
nam: que eſt celeſtis vita vel do/
ctrina: rurſus carnes egyptias
.i. carnales ſeculi voluptates: ꝛ
cōcupiſcentie priſtine appetimus
nauſeam: ſtatiꝫ igne domini tor/
quebimur: deſideriūq̧ nr̄m ver/
Mat. 23. c tetur in tumulos: vt ſim⁹ ſepul/
chra dealbata: que foris parent
ſpecioſa: intus plena ſunt oſſib⁹
mortuoꝝ et omni ſpuricitia.
d Venerūt in aſeroth ꝛc̄. Hie/
ro. Quartadecima manſio ē in
ſolitudine pharan: q̄ in atria ver
tit. In hac aarō ꝛ maria propter
ethiopiſſā ꝯtra moyſen murmu/
rāt: ꝛ hoc prudēs lector attēde: ꝙ poſt conſūmatā ī duo
denario virtutē (q2 ſupbiuit iſrael ꝛ in ſepulchris cōcu/
piſcētie carnes egyptias deſiderauit) rurſus fundamē/
tum iacit: ꝛ atria. i. veſtibula virtutis ingredit': oſtēdēs
nobis eos qui ſtant poſſe cadere: ꝛ qui ceciderunt poſſe
reſurgere. Poſitus eſt enim ieſus in ruinam et in reſur/
Luc. 2. d rectionē multorum. Qui ait per ꝓphetam: Nūq̄d q̄ ca/
dit nō adijciet vt reſurgat? Iſido. Quartadecima mā
ſio eſt in ſolitudine aſeroth. In hac aarō ꝛ maria offēde
runt detrahētes fratri ꝙ vxorem alienigenā accepiſſet: ꝛ
illico maria lepra pcuſſa effloruit: q2 ſacerdotalis plebs
xp̄o ſaluatori adūſus eccl'iaꝫ de gētib⁹ ꝯgregatā derogās
lepra pctī pfūdit'. Nec redit ad dī tabernaculū: donec ple
nitudo gētiū itrauerit. Tūc eī p̄ſtinā recipiet ſanitatē cū
ſeptiformis ſpūs agnitio ad veniā reduxerit eam.

alter medad: ſuper quos requieuit a
ſpiritus: Nā et ipſi deſcripti fue/ b
rāt: ꝛ nō exierāt ad tabernaculuꝫ.
Cunq̧ ꝓphetarēt in caſtris: cu/ c
currit puer ꝛ nunciauit moyſi di
cēs: Heldad ꝛ medad ꝓphetant
in caſtris. Statī ioſue filiuſ nun
miniſter moyſi ꝛ electus e pluri
bus ait: Dn̄e mi moyſes ꝓhibe d
a eos. At ille: Quid inquit emula

a ſ ꝓphetare omnes voluit qui bonum quod ha
buit non inuidit

ris ꝓ me? Quis tribuat vt oīs
populus ꝓphetet: ꝛ det eis dn̄s
ſpiritū ſuū? Reuerſuſq̧ eſt moy/
ſes ꝛ maiores natu iſrl' in caſtra.
Uēt⁹ āt egredieſ a dn̄o arreptaſ e f g
trās mare coturnices detulit et
dimiſit in caſtra itinere quantū
vno die cōfici poteſt ex oīni pte
caſtroꝝ p circumitū: volabātq̧ h
in aere duobus cubitis altitu/
dine ſuper terrā. Surgens ergo
populus toto die illo ꝛ nocte: ac
b die altero cōgregauit coturnicū
multitudinem: qui parū decem i
choros: ꝛ ſiccauerūt eas per gy k

ſ carnale deſiderium.

ruꝫ caſtroꝝ. † Adhuc carnes erāt l
in dentibus eoꝝ: nec defecerat
huiuſcemodi cibus: ꝛ ecce furor †
domini cōcitatus in populū p/
cuſſit euꝫ plaga magna nimis.
c Uocatuſq̧ eſt ille loc⁹ ſepulchra
concupiſcentie: Ibi enī ſepilierūt
populum qui deſiderauerat car
nes. Egreſſi auteꝫ de ſepulchris
d concupiſcentie venerunt in aſe/
roth: ꝛ manſerunt ibi.

a Sup quos requieuit ſpūs. q̄ requieſcit ſup humiles: ſm ꝙ dicit'
Eſa. lxvj. ſm trāſlationē Lxx. Sup quē requieſcet ſpūs me⁹: niſi ſu
p humilē ꝛ quietū? ꝛc̄. Nā ꝛ ipſi deſcripti fuerāt ꝛc̄. Dicit Ra. Sa.
ꝙ moyſes volēs cōpeſcere murmur populi cōtra ſe ſi plures accipe/
ret de vna tribu ꝙ̄ de alia: accepit de qualibet tribu ſex ſenes q̄ ſūt
ſiml' accepti. lxxij. ſ; q2 de⁹ p̄cepat tm̄ d. lxx. iō
accepit. lxxij. cedulas ſcribēs ī q̄libꝫ ſaquē.
i. ſenex: exceptis duabus cedulis in quib⁹ ni/
hil erat ſcriptū: ꝛ illas cedulas poſuit in va/
ſe vbi non poterant videri. dicens: lxxij. ſeni
bus ꝙ quilibet acciperet ibi vnaꝫ cedulā ad
fortunā: ꝛ qui acciperet cedulaꝫ nō ſcriptam
ſignū erat ꝙ deus nolebat eū cū ſenib⁹ com/
putari. ꝛ ideo dicitur de iſtis duobus ꝙ ipſi
deſcripti fuerāt: qui cedulas ſcriptas habue
rant. c Cucurrit puer ꝛ nunciauit. dicunt
hebrei ꝙ iſte fuit gerſon filius moyſi.
d Dn̄e mi moyſes prohibe eos. dicit Ra.
Sa. ꝙ ꝓphetabāt de morte moyſi futura: et
ꝙ ioſue introduceret pplm̄ in terrā ꝓmiſſio/
nis loco eius. ꝛ ideo ioſue motus fuit ad hoc
dicendum: ne videret' appetere ꝓpriā gl'iam
ꝛ magiſtri ſui mortē. Expoſitores autē noſtri
dicunt communiter ꝙ mot⁹ fuit eo ꝙ vide/
batur eſſe contra reuerentiam moyſi: ꝙ in ab
ſentia eius prophetarent quaſi moyſes nihil
feciſſet ad hoc ꝙ recepiſſent ſpiritum prophe/
tie: propter quod ſubdit moyſes: Quis tri/
buat vt omnis populus prophetet ꝛc̄. ꝛ ptꝫ:
e Uentus aūt. Hic cōſequēter ponit' imple G
tio ꝓmiſſi ꝙ̄tū ad cibi ꝓuiſionē. f Egre/
diēs a dn̄o. i. virtute diuina excitatus.
g Arreptas trās mare coturnices. ſ. ī ara/
bia vbi multū abūdant. h Uolabantq̧ ī
aere duob⁹ cubitis vt poſſent capi ſine labo/
re: q2 nō oportebat ad capiendū eas ſurſum
leuari aut deprimi. i Qui parū decē cho
ros. i. q̄ min⁹ accepert' accepert' in tāta quāti
tate. Eſt aūt chorus genus menſure: ꝛ conti/
net decē ephi: vt habet' Ezechie. xlv. De quā
titate aūt ephi dictū eſt Exo. xvj. ꝙ gomor q̄
eſt decima ps ephi cōtinet quaſi quartā ꝛ di/
midiā pariſieñ. ſm dicta Iſidori ꝛ Papie. i.
tantū de aridis quantū vnū vas continens
quartā et dimidiā cōtineret. ꝛ ſic ephi cōtinet
quantū vas. xv. quartarū. ꝛ p cōſequēs cho/ † Ps. 77.
rus continet quātū vas. xxxvij. ſextariorū et
dimidij. Uerius tn̄ credo ꝙ quātitas huius
menſure eſt nobis incerta: ſicut ꝛ de alijs fre
quēter dictū eſt: eo ꝙ multū variant' ſm di/
uerſa tēpora ꝛ varias regiōes. k Et ſicca
uerūt eas p gyrū caſtroꝝ. i. mūdauert' eas a/
mouendo inteſtina extra caſtra. Aliter expo
nūt alij ſicut littera ſonat: ne p humiditatem
nimiam putreſcerent: q2 ſufficiebant ꝓ cōme/
ſtione vſq̧ ad menſem: vt predictū eſt. ꝛ huic
expoſitioni conſonat littera hebraica q̄ ſic ha
bet: Et extenderunt eas p gyrum caſtrorum.
l Adhuc carnes. Hic conſequenter ponit'
punitio pctī cōmiſſi. ꝛ patet littera: Qui dſi/
derabāt carnes. non eſt de textu. Ca XI

## Moraliter.

m† Interea ortū eſt murmur popu/
li ꝛc̄. Per hoc aūt ꝙ ignis acceſus a dn̄o cōbuſſit murmurātes cō/
tra eū. ſignificatū fuit ꝙ ignis gehēne cōburet murmuratores con/
tra potētiā vel equitatē diuine iuſticie. c† Uulgus q̄ꝫ ꝓmiſ. qd̄
aſcē. cū eis ꝛc̄. p iſtos q̄ flagrauerūt deſiderio carniū ſignificāt' reli
gioſi mēdicātes: potiſſime q̄ poſt factā ꝓfeſſionē in paupcula reli/
gione in qua nihil eis ꝓmittitur ꝙ̄tū ad vitā p̄ſentē: niſi auſteritas
et paupertas: et tamen volunt nimis laute viuere ac etiā delicate. ꝛ
frequenter hoc contingit illis qui in ſeculo minus habuert'. nec ſūt
contenti illis que adminiſtrantur eis. cum tamen ſuffeciſſent eis in
ſeculo pauciora: et acriter murmurant contra illos qui pro victu il/
lorum procurando fideliter laborant: ſicut populus iſte cōtra moy
ſen nequiter murmurabat. Per hoc autem quod dicitur in fine ca/
pituli: † Et ecce furor domini concitatus in populum percuſſit
eum plaga magna nimis ꝛc̄. ſignificatur ꝙ dicti murmuratores
queruloſi percutientur a deo igne gehennali. Per hoc autem ꝙ



Locutaq̧ ē

ante pcuſ

ante percuſſionem iſtam dominus dedit eis in abundātia magna coturnices que ſunt aues delicate quaſi ſatiſfaciens eorū irratiōabili deſiderio: ſignificatur ꝙ dñs aliquādo ꝯdeſcēdit petitionibus malorū hominū ad eoꝝ interitū: eo ꝙ fit eoꝝ oratio in peccatū. † Cur impoſuiſti pondus vniuerſi pp̄li huius ſup me. Per hoc autē ꝙ moyſes plenus ſciētia tā acquiſita ꝙ̄ infuſa: ⁊ cū hoc tantā gratiā habebat erga dominū ꝙ loquebatur cū eo ſicut homo loqui ſolet cū amico ſuo: ⁊ tñ petiuit adiutores ad regimen populi. daꝛ exemplū eccl'ie ꝓlatis ⁊ curatis ꝙ nō abhorreant homīes bone vite ⁊ ſufficiētis litterature ſibi datos a deo in adiutoriū oneris ſui ſupportādi predicando et confeſſiones audiendo: ſed magis eos diligāt ⁊ foueant et multiplicationē eoꝝ deſiderēt repellētes ꝯtrariū conſulentes. dicentes cū moyſe: Quid emularis pro me: quis tribuat vt oīs pp̄lus ꝓphetet et det eis deꝰ ſpūm ſuum?

¶ In ca. xj. vbi dicitur in poſtilla: Deuorauit extremā caſtrorum partem.

**Additio. j.** Per hoc quod dicitur hic: Extremā. nō intelligitur an iſta deuoratio ſit de vulgo vel de maioribus: qꝛ ſolum oſtendit ꝙ hec deuoratio nō fuit per omnia caſtra: ſed ad quandā partē: q̄ tñ fuerit illa pars non determinaꝛ in littera: nec culpandi ſūt ſeniores tanꝙ̄ negligentes de repreſſione murmurationis populi: qꝛ ſi ſic moyſes ⁊ aaron etiā fuiſſent culpandi qui magis tenebanꝛ ad regimē pp̄li: ſed tā iſti ꝙ̄ illi ex duricia pp̄li ſūt excuſabiles. vñ nec littera facit mentionē īponēdo huiuſmodi culpā populo murmuranti. vnde ⁊ opinio Ra. Sa. non tenetur ab alijs expoſitoribus hebreorum.

¶ In eodem ca. xj. vbi dicitur in poſtilla: ſm aliquos dicit ꝙ illi qui fuerunt mortui ab igne non fuerunt de maioribus.

**Additio. ij.** Aliter videꝛ magis proprie diſtinguēdum in hac materia: vt. ſ. ſeniores conſtituti tribuni ⁊ hmōi de cōſilio ietro intēdebāt tm̄ de iudicialibus inter partes vt expreſſe habeꝛ. ſ. Exo. xviij. vbi de illis dicitur: Et iudicabūt pp̄lm omni tp̄e: ſed hic petebat moyſes adiutoriū habere in regimine populi totiꝰ vniuerſali ꝓut ꝑtinebat ad materiā de qua hic agiꝛ. vnde dicit: Nūquid cōcepi omnē hāc multitudinē vt dicas mihi: porta eos in ſinu tuo: ſicut portare ſolet mulier infantulū. Ex quo patet ꝙ h̄ adiutorium a moyſe h̄ petitū erat ad regimen ſeu curā vniuerſalē pp̄li: qđ eſt altioris rōnis ꝙ̄ iudicare tm̄: qua ratione receperūt ſpiritū ꝓphetie: qꝛ ille pp̄lus in primitiuis ꝓphetis cōmuniter regebaꝛ ⁊c. ¶ In eo. ca. xj. vbi diciꝛ in poſtilla Ra. Sa. dicit ⁊c. Congrega mihi. lxx. viros ⁊c.

**Additio. iij.** Iſta electio de. lxx. ſenibꝰ que moyſi fuit cōmiſſa: nō videꝛ ꝑncipaliꝛ ꝯſiſtere in labore egyptiaco ⁊ hmōi: ſꝫ potiꝰ in grauitate moꝝ ⁊ honeſtate vite. vñ glo. in h̄ loco dicit ſic: In his verb̄ ſenectꝰ cordis notaꝛ: ſi eī corporꝭ ſenectꝰ quereꝛ a tātꝭ ſciri poterat a quātis videri. cū xp̄o diciꝛ: Quos tu noſti ꝙ ſenes pp̄li ſūt: ptꝫ ꝙ ſenectꝰ mētis nō corporis eligaꝛ. hec in glo. ¶ In eo. ca. xj. vbi diciꝛ in poſtilla: Et auferā de ſpū tuo. i. de anima tua.

**Additio. iiij.** Ad quorūdā in h̄ ca. cōtētoꝝ ab illo loco vbi dr̄: Quis dabit nob̄ ad veſcendū carnes ⁊c. vſq; ibi: Et det eis dñs ſpūm ſuū vlteriorē declarationē occurrūt aliq̄ inquirēda. Primū cur moyſes q̄ cōiter in alijs exceſſibꝰ pp̄li miſericordiꝛ ſe habebat intātū ꝙ in pctō vituli petebat deleri a libro dei niſi eis pcereꝛ: vt. ſ. Exo. xxxij. ⁊ ēt ꝓ murmuratoribꝰ orauit ⁊ ceſſauit ignis. vnđ. ſ. Nu. xvj. ca. in h̄ tñ loco nō ſe cōuertit ad orādū deū ꝓ populo: ſꝫ ſolū ad ſubtrahēdū ſe a regimīe pp̄li dicēs: Nō poſſū ſolꝰ ſuſtinere onus pp̄li ⁊c. Secūdo q̄rēdū ē de h̄ qđ dr̄: Cur impoſuiſti pōdus pp̄li huiꝰ ſup me ⁊c. videꝛ eī ꝙ hmōi pōdus fuit īpoſitū moyſi h̄ petētī ſeu volētī: vt hr̄. ſ. Exo. xxxiij. in additiōe. Tertio querēdū videꝛ de h̄ qđ dr̄. Vñ mihi carnes ⁊c. vt dem multitudī: flēt enī corā me ⁊c. dicētes: Da nob̄ carnes vt māducemꝰ. cū ipi nō videāꝛ h̄ petiuiſſe a moyſe. dixerūt eī: Quis dabit nobis ad veſcēdū carnes. in q̄ videꝛ potiꝰ a deo tacite hoc petiuiſſe: a quo cetera dabanꝛ ſibi: ⁊ ſic incōuenienter videbaꝛ dici a moyſe. Vñ mihi carnes: qꝛ h̄ ab ipſo nō petebant ſibi dari: ſed a deo: ⁊ hoc habebat in ꝑtāte ſua. Quarto querēdū videꝛ cur dicit: Nō poſſū ſolus ſuſtinere ⁊c. quia ad ſatiſfaciendū huic petitioni nō videꝛ facere ꝙ eſſet ſolꝰ aut cū ſocietate cū hoc nō poſſet impleri niſi potētia diuīa q̄ ſimiliter poſſet cū moyſe ſolo ſicut etiā cū ſocijs. Ad quorū ſolutionē ꝑmittēda ſūt duo. Primū: qꝛ in hoc loco pp̄ls peccauit peccato cōcupiſcētie inordinate. habebāt enī cibū ꝯtinuū ſuauiſſimū ⁊ ſalubrē. ſ. māna ⁊ ſine labore: ⁊ tñ cū h̄ cōcupiſcebāt inempta cibaria. ſ. cepe ⁊ allia: quod ad concupiſcētiā valde inordinatā ꝑtinet. vnde vocatus eſt locus ille. j. eodem capitulo ſepulchrū ꝯcupiſcētie: ſm qđ vitiū ꝯcupiſcētie ſꝫ p̄hm in. iij. Ethic̄. eſt puerile vitiū: nō ſolū qꝛ cōtingit ſepe pueris: ſed ſꝫ ſimilitudinē quandā. ⁊ hoc ꝓpter tria ſm ſctm̄ Tho. in ſecūda ſcđe. q. clxij. ar. ij. ī corpore q̄ſtiōis. Primū qꝛ ſicꝰ puer nō attēdit ad ordinē rōnis: ſic ꝯcupiſcentia rōnē nō audit: vt in vij. Ethic̄. Secundum: qꝛ ſic puer ſi ſue volūtati dimittaꝛ creſcit in ꝓpria volūtate: vt Eccl. xxx. ca. Filius dimiſſus a correctione euadet ꝑceps. ſic ⁊ cōcupiſcētia ſm Aug. in. vij. cōfeſſionū: ſi ei ſatiſfiat malꝰ robur accipit. Tertiū ſimiliꝛ q̄tuꝫ ad remediū. vñ. iij. Ethic̄. diciꝛ: Quemadmodū puerū oportet ſm preceptū pedagogi viuere: ſic ꝯcupiſcibile ꝯſonare rationi. ¶ Dicendū igiꝛ ad primū queſitū ꝙ moyſes noluit pro hac vice ꝓ pp̄lo orare: vt dñs ꝓuideret de his que petebāt: ne eoꝝ malicia augereꝛ vt dictū eſt. ¶ Ad ſecundū dicenduꝫ ꝙ licet moyſes acceptaſſet ſeu petiuiſſet regimē pp̄li ſibi a deo cōmiſſū: hoc tñ intelligebaꝛ inq̄tū eſſent ꝯſētanei rōne ſalteꝫ ſicut homines adulti: nō aūt vt pueri. ⁊ iđ cōquerēs dicebat: vt dicas mihi porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantulū. q. d. licet ſuſtinuiſſem pōdus pp̄li q̄ ſe haberet vt hō adultꝰ: nō tamen poſſum ſuſtinere eos qui ſe habent vt infantuli in ſinu nutricis ſue: ⁊ hoc ꝓpter puerilitatem huiꝰ vitij: vt dictū eſt. vnde dicit p̄hus in. j. Ethic̄. Nihil differt etate iuuenis. vel ſm mores iuuenilis. ¶ Ad tertiū dicenduꝫ ꝙ petitio populi in hoc loco poſſet dupliciter interp̄tari: qꝛ aut ipſi petebāt habere qđ cōcupiſcebāt miraculoſe a deo. ⁊ hoc erat grauiꝰ: nā appeteꝛ ꝙ deꝰ ꝑtermitteret ordinē nature ad ſatiſfaciendum ſupflue cōcupiſcētie magis vitioſū eſt: cū magis deuiet ab ordine nature. ¶ Alio mō pōt intelligi hec petitio per humanā induſtriā: ſicut ſolent duces ꝓcurare vt apportenꝛ cibaria ſuis exercitibus: ⁊ hoc eſt leuius cū nō ſit ꝑter ordinē nature. vñ moyſes volens interp̄tari hoc dubium ad meliorē ꝑtē dixit: Flent corā me dicētes: Da nobis carnes vt comedamus. q. d. nō petūt hoc ſibi fieri miraculoſe qđ eſſet maxime inordinatū: ſed petūt a me vt eis ꝓcurē ꝓpria induſtria: qđ tamē nō poſſū. vnde dicit: Vnde mihi carnes ⁊c.

¶ Ad quartū dicendū ꝙ qꝛ vitiū hoc erat puerile: ideo populus ille q̄tū ad hoc īdigebat regimīe pedagogi vt dictū ē: nō pōt aūt maxima multitudo pueroꝝ ſub vno regi pedagogo: quia requirūt magis particulariꝛ inſtrui nec ad inuicem cōgreganꝛ ſi ſunt in magna multitudīe. vnde dicit: Audiuit ergo moyſes populū flentē ꝑ familias ⁊ ſingulos in oſtio tentorij ſui: ex quo patet ꝙ erant diuiſi ab inuicē ⁊ nō cōgregati: ſed pp̄lus ex viris adultis cōgregatus etiā ſi ſit magnꝰ poteſt ſub vno duce regi ſeu ordīari. ⁊ iđ ſequiꝛ: Nō poſſū ſolꝰ ſuſtinere ⁊c. q. d. ſi multitudo eſſet q̄ſi adultoꝝ in vno loco ſociatoꝝ: forte poſſem eis ſatiſfacere. Cōſequēter circa h̄ qđ ſeq̄tur in lr̄a: Cōgrega mihi. lxx. viros q̄s tu noſti ꝙ ſenes pp̄li ſunt: querendū videꝛ cur fuit h̄ electio moyſi cōmiſſa: nā ſenectꝰ in h̄ loco ad lr̄am ītelligiꝛ nō numero annoꝝ cōputata: nā ꝓut ait Grego. Si de corporꝭ ſenectute q̄rereꝛ nō oporteret dici: q̄s tu noſti ꝙ ſenes pp̄li ſūt. ſenectꝰ enī corꝑalis nō ſolū a moyſe ſed a cūctis vidētibꝰ dinoſciꝛ. hec ille. Cū aūt ſenectꝰ mētalis de qua hic agiꝛ a ſolo deo vere conſpiciaꝛ: q̄ cor intueꝛ: vt. j. Regꝭ. xvj. talium electio non erat moyſi committenda: ſꝫ potius illi ſenes fuiſſent a deo nominandi: ſicut beſeleel ⁊ ooliab electi fuerunt a deo nominatim ad opus tabernaculi ſupra Exo. xxxj. Similiter in ſucceſſorem moyſi ioſue fuit electꝰ nominatim a deo: vt. j. Deuꝛ. xxxj. Itē ſi forte ꝓpter aliquaꝫ cauſā hec electio fuiſſet cōmittenda: querendū videꝛ cur non fuit pp̄lo cōmiſſa: ſic. j. Deuꝛ. j. dr̄: Date ex vobis viros ſapiētes ⁊c. ꝑ hoc eī ꝙ pp̄ls elegit ſuos maiores magis pax pp̄li cōſeruabaꝛ: videnꝛ enī oēs quaſi aliquā ꝑtē habere in ꝑncipatu: vñ ⁊ oēs talē ordinationē amāt ⁊ cuſtodiūt: vt in. ij. Politic̄. Ad qđ dicēdū ꝙ ſm p̄hm in. ij. Politic̄. inter ſp̄es regiminis alicuius cōmunitatis precipua eſt illa in qua vnus ſꝫ virtutē principaꝛ: deꝰ voluit ꝙ moyſes toti pp̄lo tanꝙ̄ ꝑfectior ceteris ꝑeeſſet vt pp̄ls dei ſub optima ſpecie regimīs regeretur: qꝛ tamē ꝓpter impfectionē populi moyſes ſolus nō ſufficiebat. vñ dicit. ſ. Nō poſſū ſolus ſuſtinere. diſpoſuit deus vt ſui coadiutores eſſent ab ipſo moyſe electi: vt ſub eo eſſent tāꝙ̄ inferiores: et ſic populi regimen principaliter eſſet monarchicum: quod eſt optimum. ideo dicit: Cōgrega mihi. lxx. viros q̄s tu noſti: qꝛ tñ regimē ariſtocrarchicū ī q̄ regimīe multi ꝑncipanꝛ ſm virtutē ē bonū regimē citra ſcđm: iđ deꝰ voluit ꝙ illi electi eſſent ſenes pp̄li. ſ. virtuoſi vt dictum eſt. et ſicut hec ordinatio. lxx. viroꝝ predicto mō electorum eſt mixta ex

regno monarchico: inq̃ʒtum vnus ꝓncipaliter preſidebat. et
ex ariſtocrachia inq̃ʒtū multi ſūt q̄ ſm virtutē ſub illo vno pſi
debāt. Participabat aūt hoc regimē de monarchia inq̃ʒtū ex
toto populo iſti fuerūt electi ⁊ in equali numero de qualibet
tribu: vt habeť in poſtilla eo. ca. Cōſiderādū tñ ꝙ hec electio
lxx. viroꝝ nō fuit cōmiſſa pplo: tū ꝓpter rōnē iā dictā. ſ. vt re/
gimē eſſet ꝓncipaliter monarchicū: tū q꞉ iſti eligebanť ad ſta/
tū ꝓpheticū. oēs enī iſti ſic electi ꝓphetauerūt: vt ptʒ in h̄ ca.
Cōſtat aūt ꝙ ppl's neſciret diſcernere qui viri eſſent magis diſ
poſiti ad donū ꝓphetie obtinendū: q꞉ hoc reſpicit ꝑfectiones
intellectuales. qd̄ aūt legiť Deuť. j. Date ex vobis viros ſapiē/
tes: intelligiť de electione tribunoꝝ ⁊ cēturionū ⁊ hmōi q̄ fue
rūt electi ad iudicia ꝑticularia inter ꝑtes exercēda: vt ibidem
manifeſte patet: ⁊ tales eligebanť ex bona cōuerſatiōe ⁊ fama
celebri: q̄ etiā a pplo pñt cognoſci: q̄ quidē electio hmōi cēturi
onū nō erat cōtra rōnē monarchici regimis: q꞉ ipſi iudicabāt
tm̄ de minorib⁹: maiora aūt moyſi referebāt: vt. s̄. Exo. xviij.
qd̄ nō legiť de. lxx. viris hic elect'. Coſequēter circa hoc qd̄ di
ciť in lr̄a: Auferā de ſpū tuo tradāqꜫ eis. Videndū eſt an hoc
qd̄ diciť de ſpū tuo intelligať de cura tua. ſ. vt in onere regimi/
nis quod totaliter erat ſup moyſen in alijs partito: leui⁹ rema
neret in ipō moyſe hmōi on⁹: an cū d̄r de ſpū tuo: intelligať de
ſpū gr̄e ipi moyſi grať date: q̄ q̄dē duo modi exponēdi ponūť
in poſtilla: ſed prim⁹ nō ꝯſonat lr̄e: ſcd̄s āt modus verioꝛ vide
tur: nā de ſpū gr̄e q̄ data erat moyſi fuit datū. lxx. viris: qd̄ in
telligendū eſt ꝓut in poſtilla. nō ꝙ ꝑ hoc fuiſſet aliq̄d ablatū
ab ipſo moyſe ⁊ alijs traditū: ſʒ ꝙ fuerūt illumiati abſqꜫ dimi/
nutione gr̄e moyſi: ſic a lumine vni⁹ cādele plures illuminan/
tur ſine ſui diminutiōe ꝓut in poſtilla: q̄ quidē ſimilitudo vi/
deť tenere etiā q̃ʒtū ad cām effectiuā: licet hoc videať negari a
poſtillatoꝛe. Glo. cū in hoc loco ſic dic̄: Moyſes ⁊ ſpūs q̄ erat
in eo quaſi clariſſimi lumis lucerna fuit. ex qua. Lxx. deus ac
cēdit. ad q̄s ꝓncipalis lumis ſplēdoꝛ aduenit: ⁊ oꝛigo ipſi⁹ ni/
hil damni ex diminutione accepit. hec ĩ glo. Ex q̄ māifeſte pa/
tet ꝙ ſpūs ſeu lumē gr̄e in ſenioꝛib⁹ illis fuit deriuatū a lumie
gr̄e qd̄ erat in moyſe ſine ſui diminutiōe. Circa qd̄ duo ſūt at
tendēda. Vnū eſt ꝙ ſpūs ſeu gr̄a de qua hic agiť. ⁊ in glo. p̄di
cta ꝑ lumē oſtendiť: nō eſt lumē nature q̄ a ſolo deo creāte da/
tur: nec lumē gr̄e gratū faciētis q̄ a ſolo deo iuſtificāte ꝯferť:
nec lumē glie ꝑ qd̄ rōnal' creatura a ſolo deo bt̄ificať: ſʒ debet
intelligi ſpūs ꝓphetie q̄ eſt quoddā lumē in q̄ manifeſtanť ve
ritates q̄ ꝑ ꝓphetiā reuelanť a deo ipſi ꝓphe. vñ ⁊ ad Epheſ.
v. Omne qd̄ māifeſtať lumē eſt. Q꞉ aūt ſpūs iſte de quo h̄ agiť
ſit ꝓpheticus ſatis ptʒ ex lr̄a. cū d̄r: Cumqꜫ req̄euiſſet in eis ſpi
ritus ꝓphetauerūt. ſpūs enī ꝓpheticus in ꝓmis patrib⁹ ve. te
ſta. requirebať in rectoꝛib⁹ ꝓncipalib⁹ ppl'i: vt ptʒ diſcurrēdo
fere ꝑ rectoꝛes ꝓncipales a moyſe vſqꜫ ad dauid: patet etiā de
Saule. j. Reg'. x. ꝙ cum eſſet vnct⁹ in regno ꝓphetauit. vnd̄
⁊ iſti q̄ aſſumebanť ad regimē pp'o ĩ coadiutoꝛes ipi moyſi cō
ueniebat vt haberēt ſpūm ꝓpheticū. Secūdū ē ꝙ illūiatio ꝓ/
ꝓphetica q̄ a deo ꝓncipaliť ē: q̄nqꜫ tāgit mētes ꝓphaꝝ mediā/
tib⁹ angelis: vt ptʒ de ipſo moyſe in ꝓmoꝛdio ſue aſſumptiōis
ad ꝓpheticū ſtatū: Exo. iij. ⁊ de abraā: Gen̄. xviij. ⁊ de multis
alijs: ⁊ qd̄ magis eſt: ꝙ etiā inter angelos eandē beatitudinē
poſſidētes ſupioꝛes illumināt īferioꝛes ſm Diony. in. viij. ca.
ce. hierarchie. ⁊ eodē mō pōt intelligi circa. lxx. viros. ſ. ꝙ lu/
mē ꝓpheticū in mēte moyſi a deo infuſū ꝯfoꝛtabat lumē natu/
rale ipſoꝝ ſenioꝝ ⁊ māifeſtabat eis veritatē de his q̄ ꝑtinebūt
ad ſtatū regimis ppl'i: ita ꝙ ꝓncipalitas hui⁹ illuminatiōis eſt
in ſolo deo. ſecūdaria xo illumiatio actiua in ipſo moyſe ſicut
⁊ luna recipit lumē ab ipſo deo mediāte ſole. Et h̄ videť ſona/
re lr̄a q̄ in h̄ loco dicit: Deſcēditqꜫ dñs ꝑ nubē ⁊ locut⁹ eſt ad
eū. ſ. ad moyſen. nō āt ſenioꝛib⁹. ſequiť: Auferēs de ſpū q̄ erat
in moyſe ⁊ dās. lxx. viris. Et notādū ꝙ vbi nos habem⁹: Au/
ferēs de ſpū q̄ erat in moyſe. poniť in hebꝛeo quoddā verbuʒ
ēquocū ad multa: nūqꜫ tñ reperiť idē ſignificare qd̄ auferre. ⁊
trāſlatio chaldaica in hoc loco poſuit quoddā verbū ſignifi/
cās idē qd̄ diffundere ſeu ꝓtēdere. ⁊ eſt ſenſus ꝙ deus diffu/
dit ſeu ꝓtēdit de ſpū q̄ erat in ipſo moyſe. ⁊ dedit. lxx. vir' mo
do p̄dicto. Et foꝛte in trāſlatiōe nr̄a ꝓmo fuit poſitū: Auferaʒ
de ſpū tuo. ſimiliť afferēs de ſpū q̄ erat in moyſe: qd̄ ſatis ꝯſo/
nat cū trāſlatione chaldaica: ⁊ poſtea ꝑ vitiū alicui⁹ ſcriptoꝛ'
fuit interpoſitū: ita ꝙ vbi dicebať afferam: poſitū fuit auferā
qd̄ nō bene lr̄e cōſonat nec ꝓpoſito ⁊c̄. Et notādū etiā ꝙ h̄ ex/
cellētia rationabiliť videť fuiſſe ꝯceſſa ipſi moyſi inť ꝓphas ce
teros ve. te. tū q꞉ fuit eximi⁹ ꝓpharū: ꝓut in ſcd̄a ſcd̄e. q. clx/
xiij. ar. iiij. in coꝛpe q̄ſtiōis. tū q꞉ ſolus inť illos dei eſſentiā in
hac vita exiſtēs vidit: ꝓut Aug⁹. in li. j. de vidēdo deum: de

moyſe ⁊ paulo teſtať. ⁊ iđ ꝯgrue angeloꝝ deū videntiū ꝓroga
tiuā habuit in illuminatiōe ꝓphetica. ſ. ꝙ ſicut de⁹ medianti
bus angelis illuminat mētes ꝓphetaꝝ: ſic mediāte ipſo moy
ſe ꝑ lumen ꝓpheticū ſibi a deo excellētiſſime collatū: lumē ꝓ/
pheticū tradereť illis. lxx. viris: tū q꞉ hoc ꝑtinebat ad maio/
rē ꝑfectionē regimis ppl'i. Si enī illi. lxx. viri recepiſſēt a deo
īmediate ſpūm ꝓpheticū ſicut moyſes īmediate recipiebat eſ
ſent quodāmodo oēs pares in hmōi regimine nō obſtante ꝙ
moyſes in maioꝛi copia recepiſſet hmōi ſpūm q̄ʒ illi. Nam ſm
ph̄m magis ⁊ minus nō variāt ſpēm. Ex quo poſſent ſeq̄ duo
incōuenientia. Primū eſt ꝙ dareť occaſio vt ppl's reputaret
eos equales in regimine et ſic populus nō regeretur monar/
chice: qd̄ ē optimū regimē vt dictū eſt. Scd̄m q꞉ poſſet ꝯtige
re aliqd̄ ſile illi⁹ qd̄ legiť. iij. Reg'. xiij. de ꝓpha illo q̄ aliū ꝓ/
phetā induxit ad trāſgreſſionē mādati dei dicēs: Et ego ſum
ꝓpheta ſilis tui: et angel⁹ locut⁹ eſt mihi in nomine dñi ⁊c̄. ex
quo poſſent cōtingere multe tribulatiōes in regimie vt ſatis
patet. In hoc loco valde cōmēdanda eſt humilitas moyſi: q̄
potius voluiſſet vt ſui coadiutoꝛes ei parificarēť ĩ ſpū ꝓphe
tie q̄ʒ ꝙ eſſent ſub ipſo ꝯſtituti: qd̄ ptʒ ex h̄: nā Joſue dicēte d̄
duob⁹ ꝓphetātib⁹ in caſtris: Dñe mi moyſes ꝓhibe eos. il/
le rñdit: Quid īquit emular' ꝓ me: q̄s tribuat vt oīs pplus
ꝓphetet: ⁊ det eis dñs ſpūm ſuū. q. d. vana eſt tua emulatio:
q꞉ ego poti⁹ vellē ꝙ nō ſolū iſti. lxx. ſʒ oīs pplus ꝓphetaret.
ĩ etiā vltra hoc vellē ꝙ nō ꝓphetarē: ex hoc ꝙ de⁹ accepit de
ſpiritu meo vt daret eis: ſicut modo fit: vt cēſeanť eſſe me mi/
noꝛes: ſed etiā vt haberēt ſpūm ꝓpheticū a deo īmediate ſibi
datū. ⁊ hoc eſt qd̄ dicit: Et det eis de⁹ ſpiritū ſuū. q. d. nō me/
um vel de me qd̄ nō ad modicā humilitatē reputandū eſt. nā
apl'i licet iā ſepe doctrinā xp̄i audiuiſſent: in qua maxime cō/
mendauit humilitatē: vt Mat. xj. Diſcite a me q꞉ mitis ſuʒ et
humilis coꝛde. in fine tñ imminēte paſſionis tp̄e de maioꝛita/
te cōtendiſſe leguť. vñ Lu. xxij. Facta eſt cōtētio inť diſcipu
los q̄s eoꝝ videreť maioꝛ eſſe. Moyſes tñ vt hic teſtať ſcri/
ptura nō ſolū illis. lxx. ſed etiā omnibus de populo parifica/
ri volebat vt dictū eſt. Tenendū eſt tñ ꝙ apl'i poſt confirma/
tionē ad maioꝛē gradū humilitatis attigerūt: ſequēdo doctri
nā xp̄i dicētis: Qui maioꝛ eſt veſtrū fiat ſic̄ mioꝛ ⁊c̄. Sicut pa
tet Luce in capitulo allegato.

**Replica.** Coꝛrectoꝛij ꝯtra Burgeñ. In libꝛo nu
meroꝝ vſqꜫ ad ca. xj. non ponit Burgē.
q̄ multa egeant pertractatiōe. In ca. itaqꜫ. xj. vbi poſtillatoꝛ
dicit gratiam moyſi in. lxx. viros partitā ſine ſue gratie dimi
nutiōe: ſicut multe candele ab vna accenduńť: ⁊ dicit illud q̄
ad moyſen non intelligi debere effectiue ſed meritoꝛie verius
hierarchice. Contra hoc Burgen. audacter ſe oppōit aſſerēs
in hoc ꝙ in ſpiritus diſtributione ad. lxx viros moyſes ſe ha/
buit effectiue: addens ꝙ ille ſpiritus diſtributus debeat acci
pi ꝓ ſpiritu ꝓphetie reſoluens ſe finaliter ad act⁹ hierarchi/
cos: volens ꝙ ſicut ſupioꝛ purgat ⁊ illuminat effectiue inferi/
oꝛem: ita et moyſes reuelando veritates cōfoꝛtabat lumē na/
turale in illis. lxx. viris. Sed ſic dicendo Bur. nōnulla ꝯtin/
gunt incōuenientia. Primū: quia ſic Burgen. recedit a pla/
na littere expoſitione. nam in littera diciť deū dixiſſe nō moy
ſen: Auferam de ſpiritu tuo tradamqꜫ eis. vbi de cauſalitate
ſpecialiter effectiua ad moyſen pertinente nulla fit mentio: ſʒ
potius oppoſitum: quia ſpiritus moyſi ex littera videtur ha/
bere rationē cauſe materialis: ex qua vel a qua reſpectu diui/
ne diſtributionis. cauſa autē materialis et efficiens non coin
cidunt ex. ij. Phyſicoꝝ. Secūdū incōueniēs qd̄ accidit Bur
gen. eſt ꝙ illa ratione qua moyſes hic ponitur cauſa effectiua
reſpectu actus vel habitus ſupnaturalis: eadē ratione ⁊ ba/
culus heliſei ⁊ virga moyſi ⁊ cetera inſtrumēta quibus facta
dicuńť miracula dicerentur habuiſſe rationē cauſe effectiue:
quod eſt contra communem ſcholam: niſi quis inſtrumen/
ta reducere vellet ad genus cauſe efficiēt'. de quo ſupra Exo.
viij. Tertium inconueniens ꝙ nullus ſuperioꝛ poſſet exerce/
re actū hierarchicū inferioꝛē: niſi cōferret ei gratiā vel habitū
ſupernaturalem quod eſt falſum: quia act⁹ hierarchici ex di/
ſpoſitione diuina oꝛiuntur: ⁊ hec diſpoſitio confertur nature
vt exerceat illos actus naturali oꝛdine docere pōt. Et de hoc
dictum eſt amplius ſup Exo. xxxiij. contra Burgen. digreſſi/
onem. Multa enim alia inconuenientia ſic dicenti cōtingūt.
de quibus tranſeo. Et ſi ille ſpiritus partitus debeat dici lu/
men prophetie prout vult Burgē. nō eſt cōtra poſtilla. ⁊ q̄ ad
h̄ ſequiť ꝙ moyſes in hui⁹ lumis diſtributiōe nullā cālitateʒ
effectiuā hēre potuit: nec ex lr̄a bñ intellecta habetur: ſic eniʒ
illd̄ nomē moyſi potuit hēre rōneʒ cauſe materialis reſpectu

multiplica

multiplicatiōis ei⁹ ꝑ deū nō ꝑ moyſen facte:ſicut coſta ad re-
ſpectu mulieris de qua materia. ſ. Gen. ij. correctorio vl. Eſto
bñ ꝙ moyſes in illo actu de quo ſermo potuerit eſſe miniſter ſi
cā ſicut ſacerdos euāgelic⁹ in ſacramētoꝝ adminiſtratiōe ⁊ ce-
teris actib⁹ hierarchicis:quo ad diſtributionē habituū ſuper
naturaliū rōnes Bur. q̄ eū ad ſic imaginādū mouerūt debiles
ſūt:qꝛ nihil ꝯcludūt niſi qd̄ ſupra dictū ē:videlicet ꝙ moyſes
Creſcit autem regnū eius dum multiplicatur eccleſie numerus (vſq̄ꝫquo ponat pater inimicos omnes ſub pedibus ei⁹) 1. Cor. 15
⁊ nouiſſimum inimicum deſtruat mortem. f Eduxit illum de egypto. Deus eduxit eum ex egypto poſt mortē ſcꝫ herodis. Unde: Ex egypto vocaui filium. q̄d ex hoc loco videtur Mat. 2. / Oſee. 11. a
aſſumptū

## Nico. de lyra

ſtificāte. a Q pulcra taber. ⁊. i. bn̄ ordinata. b Ut valles nemoroſe vt horti iuxta ⁊c̄. i. delectabilia ad habitādū. c Ut taber. q̄ fixit dn̄s. qꝛ tabernaculū federis vbi erat habitatio diuina erat ī medio et tentoria iſrl̄ in circūitu poſita: vt viſum eſt. s. ij. ca. et. iij. d Quaſi cedri ꝓpe aquas. per hoc deſignatꝰ ꝓſperitas populi iſrael. vel ſcḋm alios hoc refertur ad templum poſtea factum a ſalomōe d̄ lignis cedrinis. vt habetur. iij. Reg. v. e Fluet aqua de ſitula eius. per ſitulā que eſt inſtrumētū hauriēdi aquā de puteo ⁊ effundendi ad vſum humanū: intelligitꝰ ſtudiū legis et ꝓphetarū: q̄d viguit in hieruſalem circa templū. ꝑ quod ſtudiū hauriebantur aque ſapientie de puteo ſacre ſcripture: et effundebantur docendo populū: ſcḋm q̄ dr̄ Eſa. ij. De ſion exibit lex ⁊ verbuꝫ dn̄i de hieruſalē. f Tollet ꝓpter agag rex eius. in hoc ꝓphetat de ſaule rege iſrael: qui nō impleuit p̄ceptū dn̄i de deletione amalech: ſed cepit agag regē amalech viuū: ⁊ de ſpolijs meliora ſeruauit. iō fuit reprobatus a regno. vt habetꝰ. j. Reg. xv. g Et auferetꝰ regnū illius. qꝛ trāſlatū fuit de domo ſaul ad domū dauid. Ra. Sa. aliter exponit dicēs q̄ hic eſt text⁹: Altior agag rex eius. i. prim⁹ rex iſrael capiet agag: et hoc fecit ſaul. Et eleuabitur regnum eius. ſ. regnū iſrl̄: q̄d fuit poſtea valde eleuatum tpe dauid et ſalomonis.
h Deus eduxit illum ⁊c̄. exponatꝰ ſicut ca. p̄cedenti.

Deuorabūt

a illū de egypto: cuius fortitudo ſi
b milis eſt rhinocerotis. Deuora a
bunt gētes hoſtes illius: oſſaq̄
c eoꝝ cōfrigēt: ⁊ pforabūt ſagittis.
¶ etiā de paſſione chriſti ꝓphetat balaā. ¶ cū in cruce poſitus principatus ⁊ ꝑtātes triūphauit. ¶ chriſtus leo in perfectis: catulus leonis in paruulis.
d Accūbans dormiuit vt leo: ⁊ q̄ſi b
a ¶ xp̄s catulus cū .ſ. reſurrexit a ſomno mortis.
e leena quā ſuſcitare nullus aude c
f bit. Qui bn̄dixerit tibi erit ⁊ ipſe d
g bn̄dictus: qui maledixerit tibi in
maledictione reputabitur. Iratuſ e
¶ quarta prophetia.
q̄ȝ balach contra balaā cōploſis
a ¶ ſimilia in ſuperiori ꝑfatione ꝑmiſſa ſunt.
manibus ait: Ad maledicendū
inimicis meis vocaui te: q̄bus
ecōtrario tertio bn̄dixiſti. Reuer
tere ad locū tuū: Decreuerā qui
h dē magnifice honorare te: ſed do
minus priuauit te honore diſpo
ſito. Reſpōdit balaā ad balach:
†Nōne nuncijs tuis quos miſiſti
ad me dixi: ſi dederit mihi ba
lach plenā domū ſuā argenti et
i auri: nō potero ꝑterire ſermonē
domini dei mei: vt vel boni q̄d
vel mali ꝓferā ex corde meo: ſed
quicq̄d dn̄s dixerit hoc loquar?
Verūtamē pergens ad populū f+
k meū dabo tibi conſiliū quid po
pulus tuus huic populo faciat
extremo tp̄e. Sumpta igitur pa g
a ¶ nō ait hec dixit dn̄s ſicut mos eſt ꝓphetarū.
l rabola: rurſum ait: Dixit balaā

assūptū ⁊ euāgelio inſertū: vel de Oſee ꝓpheta. ¶ Poſt mortē herodis: vel de ſeculo eduxit illū pater ad ſemetipſū vt viam faceret eis qui de hoc mūdo aſcenſuri erant ad deū.

a Cui⁹ fortitudo ſimilis ⁊c. Omnia enī demonū regna eijciens vnū ſcȝ regnū quaſi veri vnicornis fundauit in gloria: cornu enī regnū ſignificat.

b Deuorabūt gētes ⁊c. Edet gētes inimicorū ſuoꝝ: ⁊ craſſitudines illoꝝ medullabit ⁊c. Gentes .ſ. quas inimici ſui poſſidebant ipſe edet deſtructa virtute inimici: ⁊ craſſitudines illorū medullabit cū de his ſenſum craſſum et carnalē extenuabit ⁊ cōuertet ad intelligentiā ſpiritualē. Craſſitudo aūt
Dat.13.b in malo ponit̄: ſm̄ illud: Incraſſatū
Deu.32.b eſt cor populi hui⁹. Et alibi: Satiat⁹ eſt ⁊ incraſſat⁹ eſt ⁊ recalcitrauit dilectus. Edit ergo gentes ⁊ cibū habet
Joh.4.d eos qui credūt in ſe. vnde: Meus cibus eſt vt faciā volūtatē eius qui miſit me: cuius ſcȝ voluntas erat vt gentes conuerterent̄ ad fidē. Subtilitas
Sap.7.a autē laudabilis eſt: quia ſpiritus ſapientie qui intelligibilis ⁊ ſanctus ē: ⁊ vnus ⁊ multiplex dicit̄ et ſubtilis.

c Et pforabūt ſagittis. Lxx. Et ia
Mat.4.b culis ſuis ſagittabunt inimicū. Chriſtus enī verbis ſuis vicit diabolū: et oēs contradicentes ſuperat ⁊ confringit. omnis enim qui peccat inimicus eius eſt dum peccat. Si autē verbis dei confixus peccata ſua agnoſcēs cōpungatur: ⁊ ad penitentiā cōuerſus iaculis eius confixus dicitur.

d Accubās dormiuit vt leo ⁊c. Si intellexiſti quantam requiem habeat iter ſapientie: q̄tū gratie: q̄tūq̄ȝ dulcedinis: noli diſſimulare: noli negligere: aggredere iter nec heremi ſolitudinē perhorreſcas: habitanti enim in huiuſmodi tabernaculis occurret manna celeſte: ⁊ angelorū panē manducabis. Incipe tm̄ cito in conſortiū tuū venient angeli quos ſignificant cedri. e Quā ſuſcitare nullus audebit. Lxx. Quis ſuſcitabit eū? Nūc
Joh.2.d enī a patre ſuſcitat⁹ dicit̄: Nūc ipſe tēplum corporis ſui ſuſcitare ſe dicit: tō quaſi percunctantis ſignificat̄ affectus. f Qui benedixerit tibi erit ⁊c. Qui benedicunt: Chriſto benedicunt in communione paterne benedictionis aſſumpti. Qui autem maledi
Joh.9.e cunt: maledicti ſunt. Iudei qui maledixerunt chriſto lachrymabiliter maledicti ſunt. Quid enī poſſit illis euenire qui maledicūt ſapientie veritati ⁊ vite niſi vt ab his omnibus exules taceant? Hec enī omnia chriſtus eſt.

g Qui maledixerit tibi ⁊c. Orige. Ego puto q̄ nō ſolū maledicit Chriſto qui ſermonē aduerſus eum ꝓfert maledictū: Sed etiā qui ſub nomine chriſtiani male agit: turpiter viuit: ⁊ inhoneſtis verbis aut factis nomen eius facit blaſphemari. Sicut non ſolū deū benedicit: q̄ ſermonib⁹ ſolis ſed actib⁹ vita et moribus facit nomen dei benedici. h Domin⁹ priuauit te honore ⁊c. Oſtendit dominus quia etiā balach intellexit non iam demonū miniſterio decipi balaam: ſed dei virtute ad meliora transferri. i Non potero ꝑterire. Sciens balaam q̄ nō ſibi per miniſtros ſolitos reſpōſa deferent̄: ſed ab eo qui habet omnium poteſtatē recte videtur ꝓteſtatus ſe nō poſſe ꝑterire verbū domini: vel ꝓferre aliquid boni vel mali ex ore ſuo. Qui enim loquit̄ nō poteſt ſacrificijs vel muneribus permutari: apud quē nō eſt trāſmutatio: ⁊ ideo nō poteſt ſacerdos mercede mutari vbi deus muneribus non mouet̄. Diſceſſurus tamē balaam incipit iterū ꝓphetare. Et dicit: cōſilium do tibi ⁊c. k Dabo tibi cōſilium. Orige. Veni cōſiliū do tibi quid faciat populus hic populo tuo in nouiſſimis diebus. Et aſſumpta parabola ſua ait ⁊c. Velim requirere q̄s ſit hic ſenſus vel ordo verborū? Conſiliū enim dare nō videt̄:
sed ait

ſed ait quid facturus ſit hic populus populo tuo in nouiſſimis diebus. Cū videret̄ cōuenientius dici: veni ꝓpheto tibi quid facturus ſit populus hic populo tuo: et eſſent conſequentia vt videret̄ balaā ꝓphetare de his que populus iſrl̄ factur⁹ eſſet populo balach vel ceteris gentibus vt nō relinqueret ex vrbibus moab vllum ſaluum. Hec ꝓphetia quoq̄ȝ quā de xp̄o cōiungit. ⁊ dicit: Orietur ſtella ex ia F.co.
cob ⁊c. cōuenienter poſita videre ſi diceret: veni ⁊ ꝓpheto tibi. Sic ergo intelligendum eſt: conſiliū do tibi diuinū .ſ. qd̄ in nouiſſimis diebus implēdum eſt: mihi nūc reuelatum aperio tibi ⁊ manifeſto: vt ſcias quid pp̄l'us hic faciat populo tuo. hoc eſt: conſilium dei tibi manifeſto. Similiter etiā intelligendū puto qd̄ apoſtolus ait: Quis cognouit ſenſum domini: aut Ro.11.d
quis conſiliarius eius fuit? hic enim quis non pro nullo: ſed ꝓ raro ⁊ pro eximio habetur. Cognouit enī filius ſenſum dei qui dicit: Nemo nouit pa Mat.11.d
trem niſi fili⁹: ⁊ cui vo. fi. re. Que ſcit ergo pater ſcit et filius: ⁊ conſiliū ei⁹ et ſenſū. Spūs quoq̄ȝ qui ſcrutat̄ al 1.Cor.2.c
ta dei ſenſum eius agnoſcit. Filius ergo qui agnoſcit ſenſum dei cōſiliari⁹ eius eſt: nō q̄ȝ ignoranti quid agat cōſiliū det filius aut ſpūs: ſed conſilij ⁊ voluntatis eius particeps et ſciens eſt. Balaam ergo quia cōſilij quod reuelauerat ei de⁹ participem faciebat. balach ait: Veni cōſiliū do tibi: tāq̄ȝ qui vere videns ſit ⁊ vere audierit.

l Dixit balaā ⁊c. Orige. Dixit balaā fili⁹ beor. Homo vere vidēs ⁊ vere audiēs ſermones dei ſciens ſciam L †S.11.d
excelſi ⁊c. Hoc nō facile de quolibet ꝓphetarum ſcriptum repperi. Miror ergo quō de balaam ſcriptum eſt: cui nec hoc dicere conceſſum eſt quod in ꝓphetis in vſu eſt. Hec dicit domin⁹: ſed ait: Dixit balaam ⁊c. Quomodo ſcit ſcientiam excelſi? Qui etiam balach docuit quomodo mitteret ſcandalum coram filijs iſrael vt manducarent immolata et fornicarent̄. De apoſtolis enim vix inuenit̄ dictum q̄ ſciant ſcientiam excelſi q̄uis Paulus dixerit ſe audiſſe arcana verba 1.Co.12.a
que non licet homini loqui: nō eſt ꝓ
feſſus ſe

## Nico. de lyra

a Deuorabunt gentes hoſtes illius .i. iſraelis ⁊ li gentes eſt accuſatiui caſus: hoc eſt dictum hebrei perfecte triumphabunt de aduerſarijs ⁊ hoc patet per litterā hebraicam que planior eſt que ſic habet: Deuorabit .ſ. iſrael gentes hoſtes ſuos: ⁊ oſſa eorum corrodet .i. fortitudinem earum deſtruet. b Accubās dormiuit .i. dormiet: et ponitur hic ꝑteritū ꝓ futuro propter certitudinē ꝓphetie. ⁊ deſignat̄ in hoc ſecuritas populi in terra ſibi promiſſa: aduerſarijs debellatis. ideo ſubdit̄: Quaſi leena. ſequit̄: c Quā ſuſcitare nullus audebit. q̄diu enim in vero cultu dei ꝑſtiterunt: habitauerunt in terra iſrael confidēter. d Qui benedixerit tibi ⁊c. quaſi diceret tāta erit opinio bonitatis hui⁹ populi q̄ bn̄dicētes ei reputabunt̄ benedicti: ⁊ maledicētes maledicti. e Iratuſq̄ȝ balach. Hic ponit̄ benedictionis interruptio per balach ip̄m reprehendentē. ⁊ p̄ȝ littera vſq̄ȝ ibi: f Verūtā pgens ad populū ⁊c. ſciebat enī balaā q̄ q̄diu ſpiritus dei ipſū moueret ad loquendum nō poſſet populo iſrael maledicere: ſed cogitabat q̄ in receſſu de terra illa huiuſmodi ſpūs ab eo recederet: ⁊ tūc ꝑmitteret̄ agere ⁊ loqui ſm̄ malā voluntatē ſuā: ⁊ tunc daret ipſi balach cōſiliū cōtra filios iſrl̄: qd̄ ⁊ factū eſt: vt habebitur in principio ſequentis ca. g Sumpta igit̄ parabola. Hic ponit̄ benedictionis reſumptio: ⁊ primo cōuertit̄ ei⁹ ꝓphetia ad iudeos. ſcd̄o ad alios, ibi: Cūq̄ȝ vidiſſet. Circa pri

a ſ qꝛ neſcit impiꝰ mala q̄ facit niſi cū puniꝫ.
filius beoꝛ: dixit hō cuius ōbtu/
ſ interioꝛ.
ratus ē oculus: dixit auditoꝛ ſer
monum dei: qui nouit doctrinā
altiſſimi: ⁊ viſiōes oīpotētis vi/
a ſ qꝛ intētionē a terrenis nō leuat. ſ qꝛ ꝑ cōtē/
plationē in conſideratione oculos tendit.
a det: q̄ cādens aptos habet ocu/
a ſ xp̄m de quo dꝛ: Orieꝫ ſtella ex iacob ⁊c̄.
b c los: Videbo ēum ſꝫ nō modo: in a
d tueboꝛ illū ſed non ꝓpe. Orieꝫ b
a ſ diuinitas xp̄i. ſ quā viderūt magi in oriē/
te. b ſ Egredieꝫ virga de radice ieſſe. c ſ de
qua dicꝫ: Reges eos in virga ferrea ⁊c̄.
ſtēlla ex iacob: ⁊ conſurgēt virgā c
a ſ nequitias ſpirituales. ſ vitia ſcꝫ in eis.
e de iſrael et percutiet ducēs mo/ d
ſ captiuā ducet captiuitatē. ſ humanū genꝰ.
f g ab vaſtabitq; oēs filios ſeth: et e f
ſ caro q̄ ante repugnabat ſpiritui.
erit idumea poſſeſſio eiꝰ. Heredi g
a ſ obedieꝫ.i. rationi et virtuti. ſ anima.
h tas ſeir cēdet inimicis ſuis: iſra/
a ſ in virtutibus abiecta ignauia. b ſ.i. chri/
ſtus ſm carnem.
el vo fortitēr aget. De iācob erit h

feſſus ſe habere ſcientiam excelſi. In eccleſiaſtico dicitur: Om
Eccl.i.a nis ſapientia a domino deo eſt. Quod fortaſſe ita intellige/
i. Cor.2.b re poſſumus quaſi a deo ſit etiam ſapientia mundi que deſtru
etur: ⁊ principium mundi: ⁊ ſiqua eſt: per quam falſa ſcientia
commendatur. Sed in ſequentibus legitur: Non eſt ſapien/
tia malicie diſciplina vbi doceꝫ: quia
omnis diſciplina que falſum aſſerit
etiam ſi vehemens videatur ⁊ veriſi/
milis: tamen non debet ſapientia di/
ci. Sed omnis ſapiētia a deo eſt.i. om
nis peritia que vel erga aliquam ar/
tem vſui humano neceſſaria habeꝫ:
vel cuiuſlibet rei ſcientia a deo data.
Job.38.d Unde in Job dictū eſt: Quis dedit
mulieribꝰ texendi ſapientiā ⁊ varieta
tis diſciplinam? Et de beſeleel dicit
Exo.31.a dn̄s: Repleui eū ſpiritu ſapientie ⁊ in
tellectus vt in omni opere intelligat:
⁊ ſit architectus ad operādū argentū
⁊ aurū ⁊c̄. Horū ergo ſciētia ab excel/
ſo eſt. Quomodo non geometrica ex
qua ſcientia architectorica deriuaꝫ?
Zach.2.a In çacharia quoq; funiculus geome
tricus diciꝫ: in quo angelus hieruſa/
lem metiꝫ. Quid de muſica cuꝰ peri/
i. Re.16.c tiā ita attigit dauid: et melodie ⁊ rhit
morum diſciplinā: vt ex his omnibꝰ
ſonos inueniret quibꝰ etiā regē vexa
tum a ſpiritu maligno mitigaret? De
medicine vero ſcientia nec dubitādū
puto. Que enim ſcientia magis eſt a
deo q̄ ſanitatis: in qua etiā herbarū
vires ⁊ ſuccorū qualitates ac differē/
D tie noſcunꝫ? Scientia ergo balaā pro
qua vocatus eſt de meſopotamie mō/
tibus ab oriente habet originē ab ex/
celſo. Unde nouit naturas animaliū.
vel motꝰ auiū: vel differentias vocuꝫ
⁊ quod accepit ad ſcientiā bonorū cō
tulit ad vſus malorum: velut ſi medicus venenarius fiat: et
ꝓ remedijs morbos ꝓ ſanitatibus mortes inferat. Ut autem
amplius ſciamꝰ totius ſapiētie ſciētiā a deo originē trahere.
ab hominibꝰ aūt mali ꝓpoſiti vel etiam a demonibus corru/
ptelas quaſdā ſapientie dei miſcentibus declinari ad malū?
Dan.1.b Notandū eſt quia dedit dominus Danieli et ſocijs eiꝰ ſcien/
Ibidē.2.c tiam ⁊ intellectū ⁊ ꝑ ꝛudentiā in omni arte grāmatica: ⁊ Dani
eli dedit intellectum in omni verbo ⁊ viſione ⁊ ſomnijs: ⁊ in/
uenti ſunt a rege decuplo ſapientiores q̄ ſophiſte ⁊ philoſo/
phi ⁊ incantatores ⁊ magi qui erant in omni regno eius. Ex
his omnibꝰ colligiꝫ quomō balaā dixit de ſemetipſo. ſcꝫ vt in/
telligaꝫ ꝙ origo totius ſcientie ab ipſo cepit exordium: ſed vi/
tio humane malicie conſpirātibus ⁊ ſurripiētibꝰ demonibus
in ꝑniciem verſa ſunt q̄ pro vtilitate conceſſa ſunt. Grego.
Dixit homo cuius obturatus eſt oculus: dixit auditoꝛ ſermo/
nū dei: q̄ viſionē omnipotētis intuitus eſt: qui cadit: ⁊ ſic ape
riunꝫ oculi eius. Neſcit impius mala que facit: niſi cū pro eis
puniri ceperit. Cōſiliū balaam cōtra iſraelitas ꝑbuit: ſed poſt
in pena vidit quid prius ex culpa cōmiſerit. Electi autem qꝛ
nec peccare debeant prouident: oculi corū ante caſum patēt.
Iniquus vero poſt caſum oclos aperuit: qꝛ poſt culpā iam in
pena cōſpicit: quia malū debuit vitare quod fecit.
a Qui cadens. Sepe malus eterna iudicia miraꝫ: ꝑdica
tionē celeſtis patrie cū audit diligit: ⁊ opera diuine diſpoſitio
nis obſtupeſcit. Iacens ergo miracula cōſiderat: quia dei po/
tentiam ſciendo penſat: ſed viuendo non amat. b Uidebo
eum ⁊c̄. Alia littera. Oſtendam ei: ⁊ non modo. Beatificabo
⁊ nō appropinquat. Hec ad illos quorū perſonā gerit referun
tur. Quia doctores legis et ſcribe oſtendunt chriſtū lege ⁊ ꝓ
Rom.11.d phetis promiſſum: ſed non modo.i. quando venit: ſed cū ple/
nitudo gentium introierit: tūc oſtēdēt: tūc beatificabūt quem
modo blaſphemāt. Sed tēpus quo hec futura ſunt longe eſt:
⁊ in fine ſeculi. Ideo ait oſtendā illi.i. populo qui tunc ſalua/
biꝫ: ſed non modo. c Nō modo. Cum iſta loquoꝛ: Quia
Gal.4.a vbi venit plenitudo temporis miſit deus filiū ſuū.
d Orietur ſtella ex iacob ⁊c̄. Orige. De hac ſtella in euange
Mat.2.b lio diciꝫ quia veniens ſtetit ſupra vbi erat puer. Sed ſi inde
diſceſſerit: vel euanuerit: vel aſſumpta ſit: vel quid omnino in
de factū fuerit non diciꝫ: Sed forte ſicut in baptiſmo ſup chri
ſtum

ſtum ſpiritus quaſi colūba deſcēdit et māſit ſuper eū: ⁊ vox
patris audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus: ita et ſtella q̄ Mat.3.d
venit ſupra vbi erat puer ⁊ ſtetit in chriſto ꝑmanſit. Et ſicut
ibi veniſſe ſpiritum dei ſuper eum et māſiſſe in eo ita accipi/
mus ꝙ nunq̄ ab eo receſſit ſpiritus dei: ita ſtella que venit ⁊
ſtetit ſup eū nūq̄ diſceſſit. Ideo diui/
nitatis eiꝰ indiciū illā ſtellā fuiſſe opi
noꝛ. Ordo quoq; ꝓphetie idē oſten/
dit: cū de diuinitate dicit: Orieꝫ ſtel/
la ex iacob. De humanitate vero: Ex
urgetq; homo ex iſrl̄: ⁊ vtrūq; euidē/
ter ꝓphetatū appareat: e Et percu/
tiet duces. Principatus ⁊ poteſtates
affigens cruci. Aliter nō poteſt ſalua
re moabitas: niſi prius vaſtaſſet du/
ces impietatis. f Uaſtabitq; om/
nes. Idem. Et predabiꝫ omnes filios
ſeth. Iſte eſt ſeth filius adam: de quo
dictum eſt: Suſcitauit mihi deꝰ ſemē Gen.4.d
aliud pro abel quē occidit cain. Ad
hoc eni omne humanum genus: qui
enim de cain fuerāt diluuio perierūt.
Filij ergo ſeth omnes homines. Pre
dam ergo accipit omnes filios ſeth vi
ctis demonibus: eos ſcilicet qui ſub
eorū dominatione tenebāꝫ: quos xp̄s
quaſi victorie predam ducit: ⁊ ſpolia
ſalutis reportat. Unde: Aſcēdens in Eph.4.b
altum captiuam duxit captiuitatem.
Captiuitatem. ſcilicet generis huma/
ni quā diabolus ad perditionem ce/
perat: chriſtus captiuam duxit: ⁊ de
morte reuocauit ad vitā.
g Et erit idumea. Idē. Et erit edom
hereditas eiꝰ: eſau inimicus eius ⁊c̄.
Edom idem eſt qui eſau. Hic ſcd̄m hi
ſtoriam inimicus eſt iſrael. Sed in ad
uentu chriſti ipſe erit hereditas eius:
id eſt ad fidem recipietur. Non exclu/
detur ab hereditate chriſti. Spiritualiter ergo edom caro in
telligitur que ſpiritui aduerſatur: ⁊ eſt inimica eius. Sed in
aduentu chriſti cum ſubiecta caro fuerit ſpiritui per reſurre/
ctionis ſpem ipſa etiam ad hereditatem veniet: non eni ſola
anima ſed et caro que aliquādo fuerit inimica per obedien/
tiam ſpiritus conſors future hereditatis exiſtet.
h Iſrael vero fortiter aget. Orige. Et iſrael fecit in virtute.
Quia.ſ. tunc edom: vel eſau.i. carnis natura in hereditatis
ſocietatem vocabiꝫ: cum iſrael.i. anima facta fuerit in virtu
te decenter virtutibus repleta. Si enim anima ad virtutes
nō veniat ſed perſeueret in ignauia: nec caro ad hereditatē
veniet: ſed ad iudicium illiꝰ qui poteſt animā ⁊ corpus ꝑde Mat.10.c
re in gehennam. Et perdat

## Nico. de lyra

mū ex ꝑdictis patet littera vſq; ibi: a Uidebo eum ⁊c̄. ex
ponitur autē hec littera ab hebreis de ꝓſperitate regni iſra/
el tempore dauid et ſalomonis de qua dicit balaam: Uidebo
eum ſed non modo; q.d. licet ſtatus illius ꝓſperitatis mihi
oſtendatur viſione prophetica: tamen non erit temporibus
meis: quia adhuc multū diſtat. b Orieꝫ ſtella ex iacob.i.
dauid vt dicunt aliqui hebrei qui nominaꝫ ſtella ꝓpter ſan/
ctitatem: ſm Ra. Sa. per ſtellam intelligitur aliqua conſtel/
latio ſpecialis que apparuit circa natiuitatem ipſius dauid
deſignans ortum eius. ſed cuiuſmodi fuerit illa conſtellatio
non dicit. c Et conſurgit virga de iſrael.i. dauid: qui dici
tur virga ꝓpter poteſtatem regiam. d Et percutiet duces
moab. ſm ꝙ dicitur.ij. Reg.viij. Et percuſſit dauid moab et
menſus eſt eos funiculo coequās terre. e Uaſtabitq; om
nes filios ſeth. dicit Ra. nathan ꝙ ſeth pro ut hic accipitur
eſt nomen ciuitatis in terra moab cuius populum totaliter
deſtruxit dauid. f Et erit idumea poſſeſſio eius. ſm ꝙ
dicitur.ij. Reg.viij. Et facta eſt vniuerſa idumea ſeruiens da
uid. g Hereditas ſeir cedet inimicis ſuis.i. filijs iſrl̄ quo/
rum erant inimici. h De iacob erit q̄ dn̄eꝫ.ſ. vniuerſaliter.
h referꝫ ad ſalomonē ſm aliquos hebreos dicētes: ꝙ ipſe do
minatus fuit toti orbi: ſm ꝙ diciꝫ.iij. Reg.x. Magnificatus
eſt ergo rex ſalomon ſup oēs reges terre ⁊c̄. ⁊ ſubdiꝫ ibidē:
Et ſinguli deferebāt ei munera.i. tributa ſm iſtos.

Et ꝑdat

a Et ꝑdat reliquias ⁊c̃. Idē. Perdet liberatū de ciuitate. Videamꝰ ſi
forte h̄ mō poſſit explanari. Ciuitatē hic mūdū intelligamꝰ: ſicut in euā/
Luc. 15. c gelio de luxurioſo filio dicit̃: q̄ diſſipauit ſubſtātiā patris. Acceſſit inq̄t
ad quēdā primariū ciuitatis in regione illa: a quo receptus in agrū mit
tit̃ porcos paſcere. Hec ergo ciuitas cuiꝰ ille primarius erat mūdus eſt.
Igit̃ de hac ciuitate liberatū. i. quē de hoc mun
Ma. 10. b do xp̄s liberat perdit eū dicēs: Qui ꝑdet aīam
ſuā ꝓpter me ſaluā faciet eā. Salubriter ḡ ieſus
ꝑdit quē de hoc mūdo eruit. Si volumꝰ ergo ad
ſalutē venire ⁊ de mūdo liberari: ꝑdamꝰ aīas
noſtras ꝑditiōe neceſſaria ⁊ vtili. ꝑdit enī aīam
ſm̄ xp̄m q̄ deſideria eiꝰ refrenat: cupiditates re/
ſecat: luxuriā ⁊ reſolutionē caſtigat: ⁊ in nullo
facit voluntatē ſuā: ſ; dei. Per hec dicit̃ perire
aīa: perit enī vita eiꝰ prior: ⁊ incipit noua q̄ eſt ī
xp̄o: cui ſi cōmorimur etiā conuiuimꝰ.
b Principiū gētiū amalech. Nō hoc ad hiſto
rialē amalech referri pōt. Nō enī primꝰ erat an/
tiquitate: ſed ad ſpiritalē q̄ declinando ꝑplos a
deo ⁊ faciēdo gentiles ex dei cultoribꝰ amalech
nominat̃. Et initiū gentiū dicit̃: q: initiū dedit vt hoīes fierent gētiles
mutādo gloriā incorruptibilis dei in ſimilitudinē imaginis corruptibi/
lis hoīs: vt enī in ꝑplo dei xp̄s eſt initiū: ſic in ꝑplo qui declinat a deo ⁊
gentilis efficit̃ amalech. Orige. Initiū gentiū amalech: ⁊ ſemē eorū
Gen. 14. a peribit. Scriptū eſt in Geneſi. Et reges hi cōuenerūt ad fontem iudicij:
hic eſt cades: ⁊ īterfecerūt oēs principes amalech: ⁊ amorreos. Sed que
rit̃ vtrū ſint due gentes eiuſdē noīs amalech: q: in catalogo filioꝝ eſau
Ibi. 36. a ſcriptū ē: Iſte ſūt generatiōes eſau p̄ris edom in mōte ſeir. Et hec noīa
filioꝝ eſau: eliphaç filiꝰ adas vxoris eſau. Fuerūt āt filij eliphaç: omar
ſephu: gathan: ceneç: thamna. Thamna aūt fuit cōcubina eliphaç filij
eſau: ⁊ hec peperit amalech ipī eliphaç. Et iſti ſūt filij adas vxoris eſau.
Et poſt pauca: ⁊ hi ſūt duces ex filijs eſau: filijs eliphaç qui fuit primo/
genitus eſau. Dux theman: dux omar: dux ſephu: dux ceneç: dux chore
dux gathan: dux amalech. Hic igit̃ amalech fuit filiꝰ eliphaç primoge/
niti eſau de cōcubina thamna. Redeamꝰ aūt ad primā cōmemorationē
de amalech: vbi hi q̄ reuerſi ſūt ⁊ venerūt ad fontem iudicij q̄ vocat̃ ca/
des: interficiūt oēs principes amalech. Cades enī interp̄tat̃ ſanctifica/
tio vel ſanctū: Amalech vero ablingēs ꝑplm̄ vel declinās ꝑplm̄. Qui
ergo reuertunt̃ ad ſanctū ⁊ cōuertūt ſe ad ſāctificationē interficiūt ama/
lech: q̄. ſ. ablingit ꝑplm̄ vł declinat. Hec eſt cōtraria virtꝰ ⁊ nequitie ſpi
ritales q̄ declināt ꝑplm̄ a deo. Horū principes ſūt p̄cipatꝰ cōtra quos
ſanctis eſt colluctatio: q̄s tn̄ ſupare nō poterūt niſi cōuertant̃ ad ſācti/
moniā q̄ eſt cades: ⁊ in ipſa eſt fons iudicij. Ois enī q̄ ſe ad ſāctimoniā
vertit: habet ſemꝑ ante oculos fontē iudicij: ꝓſpicit enī diē iudicij ⁊ pu
rificato corde tā malorū penas q̄ꝫ prioꝝ beatitudines cōtuet̃: qd̄ faciēs
amalechitarū principes ꝓſternit. Alij vero ſubijciunt̃ principibꝰ ama/
lech. Hos enī ablingit ⁊ conſumit: ⁊ talē ꝑplm̄ declinat a deo: hec ad il/
lū primū referūt̃ amalech. Videamꝰ ⁊ iſtū amalech filiū eliphaç primo/
geniti eſau quē peperit ei thāna cōcubina. Cuiꝰ pater eliphaç interp̄ta/
tur deꝰ me diſperſit: mater thāna: p̄mo quidē degener: deinde defectio
cōmota. Neceſſario q̄ ab his gignitur hoſtis iſrł eſt: ablingēs vel decli/
nās populū. Primꝰ enī hebreos egreſſos de egypto aggreſſus ē in ra/
Exo. 17. c phidim cū moyſes dixit ad ieſū: Elige tibi viros: ⁊ cōflige cū amalech
Ibidem. d ⁊c̃. Et pꝰ pauca ſcp̄tū ē: Quia fugauit ieſus amalech: ⁊ ꝑplm̄ eiꝰ gladio
deiecit: cū dn̄s dixit ad moyſen: Scribe hec ad memoriā in libro ⁊ da in
auribus ieſu: q: delēs delebo memoriā amalech de ſub celo. Et edifica/
uit moyſes altare ⁊ noīauit nomē eius dn̄s refugiū meū. ⁊ ait: Quia in
manu occulta dn̄s expugnat amalech a generatione in generationem.
Vide q̄d debeat intelligi amalech quē manu occulta. i. inuiſibilit̃ expu/
gnat deꝰ a generatione in generationē. In Deuteronomio q̄ꝫ ſcriptū ē:
Deu. 25. d Memēto quāta fecit tibi amalech cū exiſſes de egypto: quō obſtitit tibi
ī via et excidit caudā tuā: oēs q̄ laborāt poſt te ⁊c̃. Nota quō amalech
obſtitit ꝑplo dei in via nō tn̄ potuit eiꝰ caput abſcidere: ſed caudā. i. eos
q̄ retro vltimi ſequebant̃: nec ea q̄ retro erāt obliuiſcētes extēdebant ſe
Luc. 9. g ad anteriora. Vn̄: Nemo mittēs manū ſuā ad aratrū ⁊ aſpiciens retro
aptꝰ eſt regno dei. Qui enī retro inuētꝰ fuerit in cauda abſcidet eū ama
1. Re. 15. a lech. In libro etiā regū ait ſamuel ad ſaul: Hec dicit dn̄s deꝰ xp̄tutū: Re
cogitaui oīa q̄ fecerit amalech aduerſū iſrł q̄n ꝑcuſſit eū in via cū aſcen/
deret ex egypto: nūc ḡ vade ⁊ ꝑcute amalech: et anathematiça oīa q̄ ha
Ibidem. c bet ⁊ nemini parcas ⁊c̃. Paulo poſt: Penitet me q: vnxi ſaulē in regē.
Et h̄ ergo obſerua quō deus ꝑ ꝓphetā p̄cipit ſauli: vt expugnaret ama/
lech: ⁊ nō parcat cuiq̄ꝫ: ⁊ q: pepcit: offenſā occurrit inexpiabilē: vt ꝯtra
naturā ſuā deꝰ diceret: Penitet me q: vnxi ſaul in regē. Nō ergo parca
mus illi q̄ declinat populū vł ablingit ⁊ deuorat. Inuiſibilis amalech q̄
volentibus aſcendere de egypto ⁊ de mundi tenebris cōſcendere ad ter/
ram ꝓmiſſionis reſiſtit in via ⁊ impugnat: ⁊ ſi inuenerit laſſos defectos
retro aſpicientes: in vltimis ⁊ in cauda poſitos abſcidet ⁊ ꝑimet. Ideo
tendendum eſt ad anteriora: ⁊ in verticem montis aſcēdēdū et ſemꝑ le/

uande

---

a ſ ſalubriter. ſ dicēs q̄ ꝑdiderit aīam ſuā pro/pter me inueniet eā. b ſ reliquie ſalue fient.

a q̄ dominet̃: et perdat reliquias a

a ſ mundi. ſ hereticorū vel philoſophorū qui contra deū dogmata ſua muniunt. b ſ quinta viſio balaā et vltima.

ciuitatis: Cūq̄ꝫ vidiſſet ama/ b

ſ ſicut ſupra.

b lech aſſumēs parabolā ait: Pri/ c

cipiū gentiū amalech cuiꝰ extre/ d

---

a Et ꝑdat reliquias ciuitatis. q: plures ſubiecit
quos non ſubiecerat pater eiꝰ. Ra. Sa. exponit de
meſſia: qd̄ d: hic: De iacob erit q̄ dominet̃. ſ. vni/
uerſaliter: ſm̄ qd̄ ſcriptū eſt de eo Pſ. lxxj. Et do/
minabit̃ a mari vſq̄ꝫ ad mare: ⁊ a flumine vſq̄ꝫ ad
termios orbis terrarū. Et ꝑ
dat reliquias ciuitatis. i. ro
me q̄ fuit ciuitas noīatiſſi/
ma: ⁊ ꝑ ipām intelligit̃ ro/
manū imperiū: in quo ſuc/
ceſſerūt catholici: q̄ ſm̄ eū
ꝑ meſſiam venturum cum
alijs gentibus ſunt deſtru/
endi. Sed hec expoſitio fal
ſo innititur fundamento:
ſcʒ q̄ meſſias ſiue chriſtus
ſit venturus q̄ꝫtum ad pri/
mū eius aduentum de quo
loquit̃: qui tamen eſt trāſ/
actꝰ: vt diffuſe declaraui ꝑ
ſcripturas hebreoꝝ in quadam queſtione de quoli
bet. Item falſum aſſumit. ſcʒ q̄ primus aduentus
chriſti ſit in virtute armorum: cum Zacharias pro
pheta dicat cōtrariū ca. ix. Exulta ſatis filia ſion:
iubila filia hieruſalē: Ecce rex tuꝰ venit tibi iuſtꝰ ⁊
ſaluator ⁊ ipē pauꝑ. Que auctoritas ſm̄ doctores
hebreos de xp̄o intelligit̃. ideo aliter exponēda eſt
iſta ꝓphetia balaam a principio: q̄ ſm̄ oēs docto/
res catholicos de xp̄o intelligenda eſt: Videbo eū
ſed nō modo: q: balaā ⁊ oēs alij viſuri ſūt xp̄m eti/
am corporeis oculis: q̄n in forma humana appare
bit ad iudicādū. Sed nō ꝓpe q: multū diſtat iudi
ciū. Aliter exponit̃ ⁊ melius vt videt̃ de aduentu
in carne: Videbo eū ſed nō mō: q: nō vidit eū in ꝑ
ſona ꝓpria: ſed in poſteris ſuis: q: magi qui vene/
rūt adorare xp̄m natū: fuerūt de ſtirpe balaā. Sed
nō ꝓpe: q: natiuitas xp̄i adhuc diſtabat ꝑ magnū
tēpus. Cōſequēter oſtēdit̃ ſignū dicti aduētus cū
dicit̃: Orietur ſtella ex iacob: q: in natiuitate xp̄i ſtel
la apparuit: q̄ magos ad xp̄m natū ꝑduxit: vt ha/
bet̃ Matth. ij. ⁊ fuerūt ad hoc excitati ex ꝓphetia
iſta: Et cōſurget virga de iſrł. i. xp̄s ꝓpter poteſta
tem regiā. vnde de ipſo dicit̃ Pſ. ij. Reges eos in
virga ferrea ⁊c̃. Et percutiet duces moab. i. idola
tras qui ſignificant̃ ꝑ moabitas: eo q̄ erāt idola/
tre: vt pʒ ex p̄dictis. Nec mirandū eſt de tali ſigni
ficatione: q: balaā parabolice loquebat̃: vt pʒ in
textu. Qd̄ autē deſtructa ſit idolatria poſt chriſti
aduentum: patet ꝑ effectū. Vaſtabitq̄ꝫ omnes fili/
os ſeth. i. omnes populos ſubijciet fidei catholice
ante finem mundi: licet nondum ſit impletum: de
ſeth enim egreſſi ſunt oēs populi: q: abel mortuus
fuit ſine filijs: et filij cain fuerunt deleti in diluuio.
Dicuntur autem vaſtari filij ſeth per conuerſionē
ad fidem catholicā inq̄ꝫtū deſierūt eſſe quod erāt
per infidelitatē: ſicut dicit̃ Prouer. xij. Verte im
pios et non erūt. ſupple impij: ſicut erant prius. Et
erit idumea poſſeſſio eius ⁊c̃. per edom et ſeir ſm̄
hebreos intelligitur ciuitas romana: et ipſa facta
eſt poſſeſſio xp̄i: q: facta eſt ſedes principalis ſui vi
carij. De iacob erit qui dominet̃. ſ. vniuerſaliter:
q: chriſto ſubiecta ſunt omnia. ſm̄ q̄ dicit̃ Matth.
xxviij. Data eſt mihi omnis poteſtas ī celo ⁊ in ter
ra. Et perdat reliquias ciuitatis. i. cōgregationis
malorum obſtinatorū: qui ſunt ciuitas diaboli: ſi/
cut et iuſti ſunt ciuitas dei. b Cūq̄ꝫ vidiſſet.
Hic conuertit̃ ꝓphetia balaam ad alias gentes: ⁊
primo ad amalechitas. cum dicitur:
c Principium gentium amalech. non poteſt di/
ci q̄ amalech ſit ſimpliciter principium gentiū: q:
fuit filius eliphaç filij Eſau. vt habet̃ Gen̄. xxxvj.
ante quem fuerunt multi gentiles: ſed dicitur prin
cipium gentium que inſurrexerant primo contra
filios iſrael poſt exitum de egypto. vt habetur
Exo. xvij. d Cuius extrema perdentur. per fi/
lios iſrael: quod factum fuit tempore ſaulis regis.
vt habetur. j. Reg. xv. Secundo conuertitur pro/
phetia ad filios ietro. cum dicitur:

a ma perdentur. Uidit quoqꝫ cineū: et aſſumpta parabola ait: a
Robuſtū quidem eſt habitaculū b
ſ chriſto. ſ ſpem.
tuū: ſed ſi in petra poſueris nidū
b tuum: et fueris electus de ſtirpe
ſ nidus meus vel poſſeſſio.
c cin q̄diu poteris ꝑmanere? Aſ c
ſ dirigens.
d ſur enī capiet te. Aſſumptaqꝫ pa d
ſ cōcluſio ꝓphetie balaam.
e rabola iterū locutus eſt: Heu q̄s e
ſ ſm deum nō cōmuni vita.
f victur⁹ ē quādo iſta faciet deus? f
g †Uenient in trieribus de italia: ſu g
ſ demonū gentes. ſ aſſyrij.
perabunt aſſyrios: vaſtabuntqꝫ h i
ſ ꝑpl'm dei. ſ cū vires ſuas effuderint.
h i hebreos: ⁊ ad extremum etiam k
ſ nō hebrei. a ſ dicēte iuſto iudice: Ite ma ledicti in ignē eternū.
k ipſi peribūt. Surrexitqꝫ balaā:

Exo.17.c uande man⁹ in oratiōe ad celū: vt ita demū vincat̄ amalech. Dauid cū multa bella geſſiſſet: ⁊ contra allophilos fuiſſent ei accerrimi frequēteſqꝫ cōflictus: nō ſcribit̄ obtinuiſſe regnū: ni
2.Re.1.a ſi prius domuiſſet amalech. Unde etiam regreſſus eſt dauid poſtq̄ꝫ cecidiſſet amalech: ⁊ ſuſcepit regnū ſaul: cū tñ amalech ſcribat̄ multas prius ſtrages feciſſe ī populo iſrael: ⁊ incendiſſe plurimas vrbes. Ante aduentū enī veri dauid qui natus eſt ex ſemine dauid: ſpirituales amalechite .i. cōtrarie virtutes multas ſtrages fecerunt in populo iſrael: ⁊ ipſius dauid captiuauerūt duas vxores iudeū .ſ. ⁊ gentilem ꝑpl'm.
Roṁ.3.b Omnes enim cōſtat ſub pc̄ō fuiſſe: ſed nō in his rerū exitus māſit. Adueniens aūt dauid: inuenit diſpſos amalechitas māducātes ⁊ bibentes ⁊ exultātes ꝑda: ⁊ cecidit eos: ⁊ poſt hanc cedē regreſſus ſuſcepit regnū.
ī.eo. De hoc ergo amalech ait balaā: Initiū gentiū amalech: ⁊ ſemē eoꝝ ꝑibit. Semē eoꝝ eſt ꝑſuaſio ⁊ doctrina qua docēt hoīes declinare a deo: hoc ergo peribit: nō ipſi in quib⁹ ſeminatū
Ezec.18.c eſt: ipſi enī cū conuerſi ingemuerīt ſalui erūt. Hec expoſitio illis obſiſtit q̄ deū legis duricie ⁊ crudelitatis accuſant: qui nō ſolū gentem amalech: ſed ⁊ ſemen ei⁹ ꝓnūciāt periturū cū gēs ad ſpiritales nequitias referat̄. Semen vero doctrina gentiliū ſupſtitionū ⁊ cult⁹ idolorum: ⁊ oīs ſecta que a deo ꝑpl'm declinat exponat̄.
a Uidit quoqꝫ cineū. Idem. Et videns cineum dixit: valida habitatio tua: ⁊ ſi poſueris nidū tuū in petra: ⁊ ſi fuerit tibi beor nidus aſtutie aſſyrij captiuū te ducēt ⁊c̄. Beor pater eſt balaā: hereticos figurans. Et dicit̄ ꝙ ſaluus poſſit eſſe cineus ſi ponet in petra .i. in xp̄o nidum ſuū: ſpem .ſ. nec hereticorū circūdet eū ⁊ circūſcribat aſtutia. Si enī hoc fecerit: nihil ꝓderit ꝙ in petra locatus videt̄: ab aſſyrijs enī captiuus ducet̄ malignis .ſ. ſpiritibus a q̄bus heretici captiuant̄. Videt̄ hui⁹ expoſitiōis cōiunctio cōturbare ſenſum: ſed vernaculū eſt hebree lingue ī cōiunctione frequēter vti: vt interdū abūdet. Habet enī vnaqueqꝫ lingua aliquid ꝓprietatis q̄d apud alias videt̄ vitioſū. Hic ergo ⁊ cōiūctio abūdat ⁊ ſupfluit. Caueat ergo cineus q̄ interp̄tat̄ poſſeſſio: q̄ꝫuis poſſideat iſtam gratiā vt in eccleſia chriſti ſit: ne forte aſtutia beor circūueniat eum: ⁊ declinās ad
1.Tim.1.d praua dogmata tradat̄ aſſyrijs: qui enī blaſphemāt in eccl'ia poſiti tradunt̄ ſathane vt diſcant nō blaſphemare. Tradunt̄ aūt aſſyrijs q̄ interp̄tant̄ dirigentes nō vt penitus pereant: ſꝫ dirigant̄ ⁊ corrigant̄ ⁊ diſcant nō blaſphemare. Non videt̄
1.Re.15.b cineū valde culpabiliter noīare cui dixit ſaul: Diſcede de medio amalech ⁊ nō ꝑcutiā te: q̄r feciſti miſericordiā in iſrael ⁊c̄. Hui⁹ robuſtū eſt habitaculū ſi ponat in petra que eſt chriſtus nidum ſuū. Grego. Cineus poſſeſſor. Qui p̄ſentia poſſidēt: qui ingenio pollent: qui ingenio ſecularis ſapientie callent: qui vere ſibi robuſtū habitaculū cōſtruūt: ſi ſe infirmos ſentiunt: ⁊ in excelſa humilitate chriſti fouenda mentis fiduciā ponūt: ⁊ omne quod p̄terit cordis volatu trāſcendūt.
b Electus. Electi de numero ſapientū: veritatis inquiſito-
Eccl.24.c res vita viuunt ꝑpetua. vnde: Qui elucidant me vitā eternā habēt. c Aſſur. Diabolus .ſ. cui heretici tradunt̄ dirigendi ⁊ corrigendi. d Parabola. Sepe parabolice loqui dicit̄: ne q̄d ī his: nō quaſi parabolā: ſed ſm litterā accipiam⁹. e Quis victurus. Tam felix qui hec videat: ſentiat: intelligat: ⁊ credat: ꝙ hec ita fecerit deus. f Quando iſta faciet do. Cū .ſ. orient̄ ſtella ex iacob ſurget homo ex iſrael: ⁊ delebit amalech et ſemē eius peribit. Id eſt cū veniet xp̄s: ⁊ cultum idolorū deſtruct: ⁊ demonū poteſtatē ſubijciet.
g Uenient ⁊c̄. Videt̄ ſignificare ꝙ iuxta incarnationē dn̄i venirent romani aſſyrios hebreos ⁊ oēs orientales ſupaturi: ⁊
Dan.2.e tandē regnū ꝑdituri ſm ſtatuā danielis. Uel ꝙ in aduētu xp̄i in fine tēporū q̄d pars occidentalis ſignificat: oīa regna mun
Eph.6.b di gladio ſpūs .i. verbo dei ſuperent̄: ⁊ in tēpore antichriſti ceſſet p̄dicatio euangelij. Orige. Et exibunt de manibus citiorum: ⁊ affligēt aſſyrios. Citij interp̄tant̄ plaga finis. Qui q̄ conuerſi ad deū ⁊ a chriſto eruditi plaga que in fine ſeculi im-

pijs ve-

pijs veniet effugiūt affligent aſſyrios. Id eſt hi q̄bus in agone poſitis cōteret deus ſathanā ſub pedib⁹ affligēt aſſyrios Roṁ.16.
.i. demones. Calcabūt enī ſup ſerpentes ⁊ ſcorpiones ⁊ ſup Luc.10.
oēm virtutē inimici. b Hebreos. Hebreus ē q̄ de egypto trāſit ad terrā pro. de tenebris ad lucē: de morte ad vitā. Sꝫ nō ſine magno certamine poteſt obtinere. Affligit ergo ⁊ affligitur: cedit aduerſariū et cedit̄: affligunt q̄ aſſyrij hebreos .i. ꝑpl'm dei: ſicut affligūt̄ ab eis. i Etiā ipſi peribunt. Idem Et ipſi pariter peribūt. Nō cū hebreis .ſ. ſed pariter .i. ſtatim vt hebreos afflixerint. Pariter enī grecus ſermo pro ſtatim ponit. Hic ergo erit finis oīm vt aſſur cui tradebant̄ delinquentes in populo dei: vel in īteritū 1.Cor.5.
carnis vt ſpūs ſaluus fieret: vel vt di 1.Tio.1.d
ſceret nō blaſphemare: pereat etiā ipſe ab eo qui poteſtatem habet ꝑdere Mat.10.c
in gehēnā qui dicet eis: Ite in ignem Ibid.25.c
eternū: qui p̄. eſt di. et an. eius. Pe- Luc.15.a
rijt vna ouis de centū: ſed hanc bon⁹ paſtor relictis nonagintanouē ī montibus deſcendens ad hanc vallem lachrymarū: et requirens inuenit: ⁊ im- †Dan.11.c
poſitam humeris reportauit. Iſte autem aſſur qui in fine omniū dicit̄ periturus. neſcio ſi aliquando aut queri poſſit aut inueniri: perijt ergo non errore ſed iudicio: nō lapſu motus: ſꝫ ꝑſeuerantia obturatus. Qd̄ enī ſcriptum eſt: Ego occidā ⁊ ego viuere fa Deu.32.f
ciam: deducā in infernū ⁊ reducā. neſcio ſi generaliter ad omnes aſpiciat: an ad eos tm̄ quos deceptio diaboli deduxit in mortē. k Surrexitqꝫ balaā. Quia balaā dei virtute cōſtrict⁹ nō potuit iſrl' maledicere volens regi placere. ait: Ueni cōſiliū do tibi: ſed cōſiliū nō aperuit: q̄d tamē re- ·j·31.
fertur in fine hui⁹ libri: ſed plenius vbi iohānes ait: Habes Apoc.2.b
ibi doctrinā balaā: qui balach docuit vt mitteret ſcandalum in cōſpectu filioꝝ iſrl': vt manducarent idolis īmolata ⁊ fornicarent̄. Quaſi ꝑpl's hic nō ꝓprijs viribus ſꝫ deū querendo vincit et pudicitiā cōſeruādo. Deijce pudicitiā ⁊ ſponte vincetur: nō virtute militū ſed decore mulierū pugnandū ē: forma vincit armatos: ferrū pulchritudo captiuat. Ubi ſenſerint eos mulieres manus dediſſe libidini: nō ſe prius cupiētibus prebeant q̄ꝫ de ſacrificijs idolorū comedant: et conſecrent̄ beelphegor. Rex vero balach cōtinuo cōſilio paruit.

## Nico. de lyra

Et fornicat⁹

a Uidit quoqꝫ cineū. Iſte cin a quo dicti ſunt cinei fuit fili⁹ ietro vt dicunt aliqui: vel potius ipſemet ietro vt dicūt alij: prout dictum eſt ſupra .x. ca. Et ponit̄ hic iſte populus iuxta amalech: quia habitabat iuxta eum: ſm ꝙ dicit̄ .j. Reg. xv. Dixitqꝫ ſaul cineo: Abite recedite atqꝫ diſcedite ab amalech: ne forte inuoluā te cum eo. b Robuſtum quidē eſt habitaculum tuū. locus enim ſue habitationis erat fortis ꝓpter difficilem acceſſum ex rupibus. ſequit̄: c Aſſur enī capiet te. fortitudo ei loci nō potuit eū ſaluare: quin caperet̄ ⁊ captiuaretur cū decē tribub⁹ iſrael: quas captiuauit rex aſſur tempore Oſee regis iſrael: vt habet̄ .iiij. Reg. xvij. Tertio cōuertit̄ parabola ad romanos. cum dicit̄: d Aſſumptaqꝫ parabola ⁊c̄. prophetie tamen ſue p̄mittit exclamationē dicens: e Heu quis victurus eſt quando iſta faciet deus? ſcilicet q̄ ſequunt̄. q. d. tanta ſtrages per romanos fiet in diuerſis partibus orbis ꝙ vix poterit aliquis euadere gladiū eorum. f Uenient in trieribus .i. in nauibus: g De italia. quia ꝑ nauigium venit exercitus romanorū ad partes illas orientales. h Supabunt aſſyrios. quorū dominiū erat magnū. i Uaſtabūtqꝫ hebreos. quod inchoatū eſt tempore Pompeij: et conſūmatū tempore Titi ⁊ Ueſpaſiani. k Et ad extremū etiā ipſi peribunt .ſ. romani. quod expoſuit Ra. Sa. futurū ꝑ regē meſſiā: vt dictū eſt ſupra ⁊ improbatū. ideo aliter dicēdū ꝙ hoc factū eſt per bella inteſtina inter romanos conſurgentia: propter que multa regna receſſerūt a dominio imperij romani: ⁊ illud quod remanſit videt̄ quaſi quotidie inteſtinis bellis caſſari: ⁊ hoc notat̄ cū dicit̄: Ipſi peribunt .ſ. a ſemetipſis bellis inteſtinis.

Balach

. ⁊ reuerſus eſt i locū ſuū: balach a
quoq; via qua venerat rediit.

a Balach quoq; via qua venerat rediit: cōduxerat enī ba/
laā vſq; ad fines terre ſue: vt haberet cōſiliū ab eo cōtra fili/
os iſrael in fine ſicut ei ꝓmiſerat.
Ca. XXIIII

**Moraliter.** a† Cūq; vidiſſet balaā ⁊c. Per ba/
laā qui verā ꝓphetie doctrinā habu/
it ⁊ tñ male vite fuit: ſignificat doctor
quicunq; vel p̄dicator habēs bonam
⁊ verā doctrinā ſed malā vitā: cuius
doctrina aliis ꝓdeſt ſibi tñ obeſt Lu
ce. xii. Seruus qui cognouit volunta
tem dñi ſui ⁊ nō facit: vapulabit mul/
tis. ſ. plagis. f† Uerūtamen ꝑgens
ad populū meū dabo tibi cōſiliū. Per hoc autē ꝙ balaā ꝓhi/
bitus eſt a deo maledicere populo iſrael: tñ cōtra eū dedit con
ſiliū peſſimū p qḋ fuit tractus ad fornicationē corporalē ⁊ eti/
am ſpiritualē. ſ. idolatriā: ſignificati fuerūt heretici necromā/
tici ⁊ cōſimiles: qui timore pene corpalis impediunt ſuā doce
re doctrinā peſtiferā in publico: ſed eā docēt in ſuis cōuēticu/
lis in occulto. Itē p hoc ꝙ balaā filios iſrael debellare nō po
tuit p demones: ⁊ tñ eos cōfudit ⁊ afflixit p mulieres: oſten/
dit nobis q̄tū horrenda eſt familiaritas mulierū atq; fugien
da Eccs. vii. Inueni mulierē morte amariorē: q̄ laque⁹ venato
rum eſt: ſagena cor eius: vincula ſunt manus illius: qui autē
placet deo effugiet eam.

In ca. xxiiii. vbi dr̄ i poſtil. Q ſpulchra tabernacula tua ⁊c.

**Additio.** Circa ꝓphetias balaā tā p̄cedentes q̄ ſe/
quētes tria occurrunt attendēda. Primū
eſt ꝙ licet de ſtatu populi iſraelitici a principio vſq; ad finem
tractent: vt patet. nūq̄ tamen aliquid tangunt de infortuniis
ſeu aduerſitatibus: licet multa talia eis deuenerunt: tam tem/
pore iudicum q̄ etiā tempo/rib⁹ regū: ⁊ maxime in captiuita/
te babylonica et in aliis: ſed ſolum tangunt ꝓſperitatē eorū.
Cuius ratio poteſt eſſe: ꝙ deus nolebat vt talia reuelarentur
balaā: nec per ipſum manifeſtarent gentib⁹. ne ex hoc poſſent
audaciā aſſumere reſiſtendi ſeu inuadendi eos: ⁊ ideo in prin
cipio de⁹ vniuerſaliter dixit ipſi balaā: Nō maledicas popu/
lū: q2 bñdictus eſt. in quo ꝓhibuit ſibi ne aliq̇d mali de eis
diceret. Secūdū q2 balaā ꝓphetauit de his q̄ ptinent ad ꝓ/
ſperitatē illius ppli: nō ſolū temporalē: ſ3 etiā ſpūalē. q̄ quidē
bona ſpūalia intelligenda ſunt de iuſtis. ſ. de iſrael ſeu iacob
ſm ſpm: nō aūt de puerſis: vt patebit inferi⁹ in locis ſuis. Ter
tiū eſt ꝙ quattuor ꝓphetie iſti⁹ balaā vident reſpicere q̄ttuor
ſtatus populi iſraelitici. quoꝝ prim⁹ ante legē eſt. ſ. ab Abraā
vſq; ad dationē legis. ſecūdus eſt a datione legis vſq; ad tē/
pus quo poſſederūt terrā ꝓmiſſionis: anteq̄ tñ regē habuiſ/
ſent aut tēplū. terti⁹ vero a tēpore p̄dicto vſq; ad tēpus quo
habuerūt regē ⁊ tēplū incluſiue. quart⁹ vero ⁊ finalis ſtatus
populi ſub chriſto: ⁊ in oībus iſtis ſemp tangit ꝓſperitas eo/
rum: omiſſis aduerſitatibus ratione p̄dicta. In prima igit ꝓ
phetia cōmēdat primū ſtatū illi⁹ populi de quattuor. Primo
de hoc ꝙ erat a deo benedict⁹: vnde nō poterat maledici qḋ
correſpōdet cū hoc qḋ fuit dictū abrae in prima ſui vocatione
Gen. xii. Benedicā tibi ⁊c. Et benedicā benedicentib⁹ tibi ⁊c.
de quo dicit hic balaā: Quō maledicā cui nō maledixit deus.
Secūdo cōmēdat eū de hoc ꝙ erat ſepatus in gentib⁹ in fide
de qua hic dicit: Populus ſolus habitabit: ⁊ inter gētes nō
reputabit: ⁊ q2 iſta diſtinctio incepit ab abraā ⁊ fuit cōtinua/
ta p patriarchas: ideo huic diſtinctioni p̄dicit: De ſūmis ſili/
cibus videbo eū: ⁊ de collibus cōſiderabo illū. ſ. de viris iu/
ſtis ⁊ pfectis qui mōtibus in ſcriptura aſſimulant: a quibus
ille populus ſūpſit initiū. Tertio cōmēdat eū de magna nu/
meroſitate: quia cū primi patres eſſent pauci: tamē in magnā
multitudinem creuerūt. de quo dicit: Quis dinumerare poſ/
ſit puluerem Jacob ⁊c. correſpondent ad illud quod dixit de/
us abrae Gen. xiii. Multiplicabo ſemē tuū ſicut puluerem ter
re. Quarto cōmendat eū de bono fine. de quo dicit: Moriat
anima mea morte iuſtorum: ⁊ fiant nouiſſima mea horū ſimi/
lia. correſpondet ad hoc quod dicit Gen. xv. Tu autē ingredi
eris ad patres tuos in pace: in quo videt aſſecurare eum de/
penis alterius vite: vnde in ſinu abrae iuſti ante aduentū chri
ſti legunt collocari: vt Luce. xvi. Nec mirum ſi balaam cum
eſſet peſſimus appeteret finem iuſtorum. Nā ſcdm Grego. in
paſtorali: Sicut plerūq; mali inutiliter cōpungunt ad iuſtici/
am: ſic plerūq; boni innoxie tentant ad culpam. In ſecūda ꝓ
phetia primo cōtinuat dicta dicēdis dicēs: Non eſt deus qua
ſi homo vt mentiat ⁊c. q. d. iſte populus vt dixi non eſt male/
dictus a deo: ſed ecōtra: quia deus mentiri nō poteſt ideo ad
benedicendū adductus ſum ⁊c. Conſequenter videt tangere
ſecūdū

ſcdm ſtatū populi ſupradictū quē cōmēdat in quinq;. Primo
a ſeparatione idolatrie q̄ in primo p̄cepto fuit ꝓhibita ḋ quo
dicit: Nō eſt idolū in iacob: nec videt ſimulacrū in iſrl. Se/
cūdo cōmēdat illum ſtatū de cultu vni⁹ dei: qḋ multipliciter
tradit i lege. de quo dicit: Dñs de⁹ eius cū eo eſt. Tertio cō/
mendat eū de hoc ꝙ etiā ſine rege tē/
porali victoriā obtinebāt de regibus
ſibi aduerſantib⁹: vt patet p̄cipue in
hiſtoriis ioſue et etiā iudi. de quo di/
cit: Clāgor victorie regis i illo ē. q. d.
licet nō habeāt regē tpalē obtinēt tñ
victoriā ac ſi regē habuiſſent: ⁊ q2 illa
victoria ꝓcedebat ab illo cui⁹ fortitudo maxima eſt. iō ſub/
dit: Dñs deus eduxit eū de egypto cui⁹ fortitudo ſimilis eſt
rhinocerotis. ſ. cui⁹ cornua in quib⁹ deſignat ptās ſeu forti/
tudo: ſunt p̄eminentia ceteris. Quarto cōmēdat eos in hoc
ꝙ nō regebant in cognitione agendoꝝ ſeu futuroꝝ p vana ⁊
ſupſtitioſa: ſed p reuelationes diuinas. ḋ quo dicit: Non eſt
auguriū in iacob: nec diuinatio in iſrl: ⁊ tēporib⁹ ſuis dicet
iacob et iſraeli q̇d operat⁹ ſit dñs. ſ. p ꝓphetas denūciantes
ea q̄ deus vult operari. Quinto cōmendat eos de hoc ꝙ in
ꝓmptu erat eis pacta victoria de aduerſantib⁹. ḋ quo dicit:
Ecce populus vt leena cōſurget ⁊c. Et nō accubabit leo do/
nec deuoret p̄dā ⁊ occiſorū ſanguinē bibat: qḋ pōt intelligi ḋ
illo populo ſub moyſe: qui quidē moyſes non accubauit. i.
mortē nō vidit donec deuicit reges fortes ſeon ⁊ og ⁊ madia
nitas: quorū ſanguinē effudit. Uel itelligit de toto pplo q̄
nō accubabit. i. nō habebit q̇etā poſſeſſionē terre ſibi ꝓmiſſe:
donec occideret oēs reges chanaā: vt pꝫ in hiſtoriis ſacris
de hoc tractātib⁹. In tertia ꝓphetia videt tāgere tertiū ſta/
tū populi ſupradictū quē cōmēdat in q̇nq;. Primū in hoc ꝙ
habebāt habitationē diuinā inter eos: ⁊ hoc q̄nq; i tētoriis
ſicut a tpe moyſi vſq; ad dauid incluſiue: q̄n arca federis q̄
in tentorio a moyſe fabricata exiſtēs in diuerſis locis figeba
tur: q̄nq; vero in tabernaculis. ſ. in tēplis ſicut in tēplo Sa/
lomonis: ⁊ poſtea in templo p Eſdrā et Neemiā edificato. ḋ
de quo dicit: Q ſpulchra ⁊c. Ubi notādū ꝙ in hebreo in hoc
loco prius ponunt tentoria q̄ tabernacula: ſicut ⁊ in ordine
tpis priora fuerūt: vñ aſſimilat hmōi tētoria vallibus nemo/
roſis ⁊ hortis irriguis: in q̇bus hoīes quaſi in trāſitu dele/
ctant: eo ꝙ talia tentoria nō habebāt locū fixū: ſed mouebā
tur de loco in locū tranſeūdo: vt dictū eſt. De tabernaculis
vero. ſ. de tēplis q̄ immobilia erant ⁊ cedrina: dicit ꝙ taber/
nacula q̄ fixit dñs quaſi cedri ꝓpe aquas. Secūdo cōmēdat
illū ſtatū de doctrina ſacra. de quo dicit: Fluit aqua de ſitu/
la ei⁹: exponit ꝓut in poſtilla. de ſtudio legis ⁊ ꝓphetaꝝ qḋ
viguit in hierſm. vel de ſapia Salomonis ad quā audiēdā
de vniuerſa terra veniebāt: vt in. iii. Reg. iiii. Tertio cōmen
dat illū de regno tpali: q2 primus rex qui fuit in iſrael deui/
cit regē agag qui erat principalis aduerſari⁹ illi⁹ populi de
quo dicit ſm verā litterā hebraicā: Sup extollet ſup agag
rex eius. ⁊ ſequit: Et eleuabit regnum eius: exponit ꝓut in
poſtilla. Quarto cōmendat illū ſtatum de victoria quā ha/
buit de circūſtantibus aduerſariis: vt pꝫ tpe dauid: quā vi
ctoriā attribuit fortitudini illi⁹ q̄ eduxerat eos de terra egy/
pti dicēs: De⁹ eduxit illū de egypto ⁊c. Deuorabūt gētes ho
ſtes illi⁹ ⁊c. Quinto cōcludit hanc ꝓphetiā correſpōdenter
ad primū dictū ſue ꝓphetie vbi dixerat: Quō maledicā cui
nō maledixit dñs. q. d. illa bñdictio dei qua hūc pplm in pa/
tribus bñdixit firma eſt ⁊ irretractabilis. In quarta vero ꝓ
phetia agit de quarto ſtatu illius ppli. ſ. ſub chriſto: vnde in
hac ꝓphetia ⁊ nō in aliis facit mētionē de extremo tpe: quia
vltimus ſtatus ppli iſraelitici ſm oēs in hac vita eſt tempus
Meſſie: vltra qḋ nō eſt niſi aliud ſeculum. Et q2 in hoc ſtatu
myſteria abſcōdita a ſeculis erāt implēda: idcirco in hac tm̄
ꝓphetia de ſe dixit. Qui nouit doctrinā altiſſimi. q. d. iſta q̄
dicturus ſum nullus ſcit: niſi q̄ nouit doctrinā altiſſim. i. ſe/
creta altiſſimi: quē quidē ſtatū cōmendat in quattuor. Pri/
mo ex h̄ ꝙ rex ei⁹ futurus erat celeſtis. de quo dr̄: Orietur ſtel
la de Jacob: vnde Ra. moy. gerūdeñ. ſic dicit in h̄ loco: quia
Meſſias cōgregaturus ē diſpſiones iſrael ab extremis terre
vſq; ad extremū: idcirco aſſimilat eū ſtelle q̄ tranſit p firma/
mentū a ſūmo celo. De quo etiā dixit Daniel: Ecce in nubi/
bus celi ſicut fili⁹ hoīs veniebat. hec ille. Q ḋ ſat̄ cōcordat
veritati noſtre: licet ipſe qui loquit: hoc non pfecte ſentiret.
In ſignū aūt hui⁹. ſ. ꝙ rex Meſſias eſſet rex celeſtis ſtella no
ua apparuit magis: cū nat⁹ eſſet chriſtus Matth. ii. Scdo cō
mēdat ſtatū iſtū ex pte p̄dicti p̄ſidentis. ſ. xpi: q̄ idolatriā pe

nitus deuaſtaturus erat: ⁊ ſic pꝛīceps huius mūdi eijciendus
erat foꝛis. vt habeṫ Joh. xij. ⁊ de hoc dicit: Conſurget virga
Pſ. 44. de iſrael. ſ. virga directionis virga regni tui. Dilexiſti iuſticiā
⁊ odiſti iniquitatē: ⁊ qꝛ idolatria ante tēpus legis euangelice
totū mūdū cōphendebat. idcirco dicit: Uaſtabitq; oēs filios
ſeth: A ſeth enī genꝰ humanū cōſequēter deſcendit: ꝓut de-
duciṫ in Gloſa. Uaſtauit igiṫ chꝛiſtus omnes a ſeth deſcēdē-
tes: quia deoꝝ ſuoꝝ cultū amouit ⁊ tēpla vaſtauit ⁊ aras
deſtruxit. Nominauit tñ inter oēs gentes moab ⁊ idumeam
ſeu ſeir: q̄ eſt terra ipſius edom ꝓpter diuerſas rōnes. Moab
enī qꝛ cū moabitis loquebaṫ quaſi diceret eis: Et ſi ꝓnunc nō
ſupabunt te: tamē in futurū eis ſubijcieris. Idumeā vero no-
minauit: qꝛ fuit pꝛimus aduerſariꝰ ipſius iacob ab vtero: cu-
ius pꝛimogeniturā ⁊ bñdictionem iacob accepit: vt ptꝫ Gen.
xvij. Et tñ in ſcripturis ſicut iſrael ſepe accipiṫ ꝓ populo qui
fide ⁊ cultu dei reſidet: etiā ſi ab iſrael nō deſcēdat ſm carnē:
ſic edom ⁊ ſeir ſepe accipiṫ ꝓ gente que aduerſaṫ populo dei:
etiā ſi ab edom ⁊ ſeir ſm carnem nō deſcēdat: ꝓut in ꝓphetia
Abdie deo duce largius eſt tractandū: qđ in chꝛiſto impletuꝫ
eſt. Subiecit ei omnes tales in pꝛimo aduentu: ad hoc ſpiritu
Mat. 28. d aliter cū poſt reſurrectionē dixit: Data ē mihi omnis poteſtas
in celo et in terra: ſm quā poteſtatē cōdemnauit omnes infide
les dicens: Qui nō crediderit condēnabiṫ: Mar. xvj. Et iſto
etiaꝫ modo poteſt intelligi id qđ diciṫ: Uaſtabitq; oēs filios
Seth. Tertio cōmendat illū ſtatū reſpectu populi qui fidem
chꝛiſti cū tāta cōſtantia ⁊ virili foꝛtitudine ſuſceperunt: ꝙ etiā
vſq; ad effuſionē ſanguinis fidē chꝛiſti ꝑ oꝛbē diuulgauerūt:
Nu. 24. d de quo dicit: Iſrael vero foꝛtiter agit. Quarto cōmendat illū
ſtatum circa ſcđm aduentū quādo nō ſolum idumei. ſ. aduer-
ſarij fidelium erūt ſubiecti fidelibus modo p̄dicto: ſed etiam
ex toto cōſūmenṫ euntes in ignē eternū: ⁊ de hoc dicit: De ia-
cob erit qui dominēṫ: ⁊ ꝑdat reliquias ciuitatꝭ. ſ. mūdi vel di
aboli. Unde: Abdias ꝓpheta de hoc tractans ſimiliter dicit:
Abdie. f Nō erūt reliquie domꝰ eſau: ⁊ ſic finiṫ quarta ꝓphetia q̄ reſpi
cit iſrael ſm quattuoꝛ ſtatꝰ p̄dictos: tāgēs ꝓſperitates coꝝ: ⁊
nihil exꝓmens de aduerſitatibus intermedijs ratione iā di
cta. In ſequentibꝰ vero tangit ſtatū gentilitatis ſpecialiter
reſpectu iſraelis: ⁊ eſt quinta ꝓphetia: Unde Glo. interlinea-
ris vbi diciṫ: Cumq; vidiſſet amalech. interponit ſic: Quin-
ta viſio balaā in qua viſione ſeu ꝓphetia agit de tribꝰ generi
bus gētiū. ſ. de pꝛimo aduerſario iſraelis qui fuit gens roma
na: ⁊ de gente intermedia q̄ erat quaſi adiacēs ſeu aſſociata
ipſi ppl'o iſraeli. ſ. populus cineus deſcendens de ietro: đ pꝛi
mo. ſ. amalech dicit: Principiū gentiū amalech ⁊c̄. exponaṫ
ꝓut in poſtilla: de cineo vero dicit: Robuſtū quidē eſt habi
taculū tuū. q. d. nō poteris euadere aſſyrios ſupple qui inua
ſuri ſūt iſrael: vt. iiij. Reg. xvij. Etiā ſi ſis ī robuſtiſſimo loco:
qꝛ aſſur capiet te ⁊ hoc qñ captiuabit iſraelem. q. d. iſta ſocie-
tas nō aſſecurabit te ab illa captiuitate: in quo innuiṫ quaſi
ꝑ indirectū aduerſitas iſraelis in captiuitate aſſyrioꝝ: quaꝫ
tñ ꝑ directū nō expꝛeſſit rōne pꝛius tacta. De gente vero ro-
mana q̄ fuit vltima ⁊ pꝛincipalis affligens ipſum populū ab
iſraele ſm carnem deſcendentē dicit: Uenient in trieribus de
italia: vbi in hebꝛeo habeṫ. De Roma ſuperabunt aſſyrios.
vaſtabuntq; hebꝛeos: quaſi diceret. Iſta gens romana erit
Can. 1. b Non enim eſt ab auſtro vnde domin⁹ venit: ⁊ a meridie vbi ſponſus recumbit in floribus: ſed poſſeſſor aquilonis vēti frigidiſſimi vnde exardeſcūt mala: qui cum ſit frigidiſſimus nomīe dextri vocatur: falſo ſibi aſſumens vocabulum virtutis et dextere cum totus ſit in ſiniſtra. b In mara. Hierony. Quinta manſio eſt mara. i. amaritudo: non poterant ad maris gurgites ꝑuenire: ⁊ pharaonē cū exercitu videre pereuntē: niſi habuiſſēt in ore nobilitates. i. in domini cōfeſſiōe virtutes. Poſt predicationē euangelij: poſt tabernacula tranſmigrantium: poſt aſſumptam fortitudinem: poſt confeſſionis nobilitatem: pericula rurſus occurrunt. Semper ergo cauende inſidie: inuocanda dei miſericordia: vt in ſequentē pharaonē poſſimus effugere: ⁊ nubis ſpiritalis baptiſmo ſuffocet̄. Egreſſis de mari rubro occurrit heremus ſur: que ⁊ ſolitudo ethan dicit̄. In qua tribus diebus egredie̅tes nō habuerūt aquā ⁊ ꝑueniunt ad marā ex amaritudine ſic dictā. Habebat fons aquā nō dulcem. Murmurat populus aquas vidēs ⁊ potare nō ſuſtinēs. Mara ſignificat aquas occidentis littere: quibus ſi imitat̄ cōfeſſio crucis: ⁊ ſacramēta dominice paſſionis: amaritudo vertet̄ in dulcedinē. vnde: Conſtituit dñs populo legē ⁊ iudicia: ⁊ tentauit eum. Vbi enī magnitudo gratie: ibi magnitudo diſcriminis. Ne terrearis ſi poſt victoriā venias ad amaritudinem: quia verū paſcha facientes cū amaritudinib⁹ comedūt: ⁊ tentatio ꝓbationē: ꝓbatio ſpem: ſpes parit ſalutē. Apō medicos quoq; antidotū noxios humores tēperās ex amaritudine nominat̄: qḋ dulce oſtendit̄ reſtituēs ſanitatē. Sicut econ

Pro. 5. a trario voluptas atq; luxuria amaritudīe tēperat̄. Vñ ꝙ ad tēpus pingues facit fauces tuas: nouiſſime xo amari⁹ felle inuenies. ¶ Poſt hec ꝓfecti ſūt de airoth: trāſeunt ꝑ mediū mar̄ rubri: ⁊ applicāt ad amaritudines. Tēpus enī ꝓfectuū ꝑiculoſū eſt. Que moleſta tentatio eſt tranſire ꝑ medium mare: videre fluctus in tumulū creſcere: audire vndarū inſanietiū fragorē. Si tamē ſequaris moyſen. i. legē dei: aque fient tibi murus dextra leuaq;: ⁊ ſiccū iter in medio mari inuenies. Illud quoq; celeſte iter qḋ agit anima poteſt offēdere vndas. Eſt eīꝑs aquarū ſuꝑ celū: pars ſub celo. Nos interim earū ꝙ ſub celo ſunt vndas ⁊ fluctus ꝑferimus: de⁹ viderit ſi ille q̄ete ſint: ⁊ ſemper placide: nec vllis flatibus excitate. Cū aūt venerim⁹ ad tranſitū maris: etiā ſi videam⁹ pharaonē ⁊ egyptios inſe

Iob. 17. a quētes: nihil trepidemus. credamus in vnū verū deū: ⁊ quē miſit filiū ſuū ieſū chriſtū. Credam⁹ etiā moyſi. i. lege dī. ꝓphetis ⁊ videbim⁹ egyptios iacētes ad lit⁹ maris: ⁊ cātabim⁹ domino ꝙ equū ⁊ aſcēſorē dimerſit in mare. Applicuerūt ergo ad amaritudines: ſed ne paucas. Omnis enī eruditio ad ꝑſens nō videt̄ dulcis eſſe ſed amara. poſtea xo fructū dulciſſimū

Heb. 12. c iuſticie reddit exercitatis. Azyma quoq; cū amaritudīe comedunt̄. Nec ꝑuenit̄ ad terrā ꝓmiſſionis niſi ꝑ amaritudines. Sicut enī medici quaſdā amaritudines medicamētis inſerunt ꝓ ſuauitate languentiū: ita medicus animarū voluit nos pati amaritudines hui⁹ vite: q̄r finis amaritudinis acquirit dulcedinē ſanitat̄: ſicut amarū finē finis mundane dulcedinis. Ne refugias ergo applicare ad amaritudinē. c In helim. Profectiq; de amaritudine venerūt in helim: vbi ſunt. xij. fontes aquarū: ⁊. lxx. palme erāt. Vides poſt amaritudies ⁊ tētationū aſperitates ꝙ amena te ſuſcipiāt loca. Nō veniſſes ad palmas niſi tētationū amaritudies ꝑtuliſſes. Nec ad dulcedinē fontiū niſi triſtia ⁊ aſpera ſupaſſes. Non ꝙ in his ſit finis itineris ⁊ ꝑfectio cūctorū: ſed diſpēſator animarū deus interſerit laborib⁹ que

† Exo. 15. c dā refrigeria: quib⁹ recreata aīa ꝓmꝑtior reddat̄ ad reliquos labores. Helim interꝑtat̄ arietes. Arietes ſūt duces gregis: hi ſūt apl̄i duces greg⁹ xp̄i ꝙ ſunt etiā. xij. fōtes. Sed q̄r nō ſolum illos elegit xp̄s ſ; ⁊ alios. lxx. iō. lxx. arbores ſcribunt̄ eſſe palmaꝝ: ⁊ ipſi enī

1. Co. 15. a apl̄i nominant̄. vñ Paulus: Deinde apoſtolis omnibus. Hec te amenitas poſt amaritudinē: hec reqēs poſt laborē: hec gratiā ſuſcipiat poſt tētationē. d Sed ⁊ inde regreſſi. Quia poſt apoſtolicā doctrinā ⁊ dulces fruct⁹ triumphorū interdū apparēt ꝑterita diſcrimina. ¶ Profectiq; de helīz applicuerunt iuxta mare rubꝝ. Nota q̄r nō iam intrāt in mare: ſuffecit ſemel itraſſe: ſed applicant iuxta: ⁊ mare quidē vident ⁊ vndas: ſed motus ei⁹ ⁊ impetus non timent.

e Mare rubrū. Hiero. Hebraice: iamſuph. Pergētib⁹ ꝙdā ſinus maris occurrit iuxta quē fixere tentoria qḋ aliud eſt ꝙ mare tranſire. Poſt euangelicā enī diſciplinā: poſt dulces cibos triumphoꝝ apparet interdū mare ⁊ ꝑterita diſcrimina. Iamſuph ex mari ⁊ rubro cōpoſitū eſt. Suph enī rubrū ⁊ ſcirpus dicit̄. Forſitan ergo venerūt ad quādā paludē carecto ⁊ iūcis plenā. Oēs aūt ꝯgregatiōes aquaꝝ dicūt̄ maria. Hec māſio in Exodo nō habet̄: ſed ſcriptū eſt ꝙ de mari rubro venerunt in deſertū ſin: que eſt inter helim ⁊ ſinai. xv. die mēſis ſecūdi egreſſionis eoꝝ ex egypto. i. xxxj. poſtq̄ egreſſi ſūt de rameſſe. f In deſerto ſin. Hiero. Profectiq; de mari rubro caſtrametati ſunt in deſerto ſin. Hec octaua manſio eſt: licet iuxta Exodū. vij. Sed ſciendū ꝙ oīs herem⁹ vſq; ad mōtē ſinai: ſin vocat̄: et ex tota ꝓuincia loc⁹ ill⁹ māſiōis nomē accepit: ſicut moab tā vrbis ꝙ ꝓuincie nomē eſt. In hac ſolitudine māſiones quinq; ſūt: iamſuph ⁊ herem⁹ ſin: ⁊ defeca: ⁊ halus: ⁊ raphidim. Sin aūt interꝑtat̄ rubus vel odiū. Cū enim venerimus ad locū illius māſionis de quo nobis loquitur dñs: odiū inimici incurrim⁹: ⁊ videm⁹ ardere rubū: ⁊ non cōburi. eccleſiā ꝑſecutionibus inflammari: ⁊ loquente in illa dño nō perire. Et nota ꝙ in hac manſione in qua noſtra torcularia ſunt. vnde. viij. pſ. ꝑnotat̄ deſertū carpimus rubi: q̄r plures deſerte filij ꝙ eius ꝙ habet virū. Profectiq; de mari rubro applicuerunt in deſerto ſin. Sin rubus interpretat̄ vel tentatio. Ibi iam incipit arridere bonoꝝ ſpes: vbi de rubo apparuit dñs et reſpōſa dedit moyſi: ⁊ initiū viſitationis filijs iſrael. Solet enī in viſionibus eſſe tentatio. Solet enim

angel⁹

## Nico. de lyra

a Fixerūt tēto. ſuꝑ ma. ru. iſtud nō videt̄ veꝝ: q̄r iā añ mare rubrū trāſierāt ⁊ ab eo ſe elōgauerāt ꝑ ꝑl̄es māſiones. Ad qḋ dicēdū ꝙ mare rubrū frequēter habet ſinus magnos vbi plus itrat terrā: ⁊ ſic factū ē h: q̄r poſtq̄ filij iſrl̄ tranſito mari rubro ambulauerāt ꝑ deſertū venerūt ſuꝑ vnū ſinū maris rubri

vbi fixe

a ſ qꝛ poſtq̃ viderimꝰ locũ eccleſie: icipimꝰ ſacra menta pulſare vt aperiantur nobis.

a Unde egreſſi venerunt in dephẽ
b ca. Profectiq; de dephecca caſtra
a ſ fermentum quod miſcet euangelica mulier in farine ſatis tribus.
metati ſunt in halůſ. Egreſſiq; de
a ſ diſſolutio fortium vel remiſſio manuuz: qꝛ ibi diſſipatus eſt amalech.
c halus in rãphidim fixere tento/ a
ria † vbi populo aqua defuit ad
bibendum. Profectiq; de raphi/
d dim caſtrametati ſunt in deſerto
ſinai. Sz ⁊ ď ſolitudiẽ ſinai egreſſi b
a ſ vbi omnes concupiſcentie ſepeliuntur et mortificantur.
e venerunt ad ſepulchra cõcupiſcẽ c
cie. Profectiq; ď ſeplchrĩ ꝯcupiſcẽ
f tie caſtrametati ſũt i aſeroth. Et
a ſ atria. b ſ ſonitꝰ vel iuniperꝰ: vt feruẽtes. ſ. ſpũ claro ſonitu euãgeliũ dñi ꝑdicemus: iuniperꝰ enĩ multo tp̃e cõſeruare ignẽ dicitur.
g de ãſeroth venerũt i rẽthma. Pro
a ſ vñ ꝓfectus ꝑplus de aſeroth caſtrametati ſunt in ſolitudine pharan.
fectiq; ď rethmã caſtrametati ſũt
h in rẽmonphares. Uñ egreſſi ve/
i nerũt in lebna: ⁊ de lebna caſtra/
k metati ſunt in reſſa. Egreſſiq; de

2. Cor. 11. c angelus iniquitatis trãſfigurare ſe in angelũ lucis: ⁊ iõ ſolli/
cite agẽdũ eſt vt diſcernas viſiões. Uñ ieſus naue cũ viſiones
Joſue. 5. d videret: interrogat eũ qui apparuit: noſter es an aduerſario/
rũ? Ita ergo ꝓficiſcẽs aĩa cũ adinuenerit diſcretionẽ viſionuz
ꝓbabit ſpiritalis eſſe. Eſt enĩ inter dona ſpũſſcti diſcretio ſpi/
rituũ. a In dephe. Hebraice phi/
chaici. i. pulſatio. Poſt reſponſa dñi:
poſt octauũ numerũ reſurrectiõis xp̃i
incipimꝰ ſacramẽta pulſare. Orig.
Profecti de deſerto ſin. venerũt in ra
phecca: q̃ interpretat̃ ſanitas. Nota or
dinẽ ꝓfectuũ. Ubi ſpirital̃ efficit̃ aĩa
⁊ diſcretionẽ habet viſionũ: ꝑuẽit ad
ſanitatẽ vt merito dicat: Benedic aĩa
mea dño q̃ ſanat oẽs lãguores tuos.
Multi ſũt languores anime: auaricia
. ſ. ſupbia: iactãtia: formido: incõſtan
tia ⁊ ſimilia. b Caſtrametati ſunt.
Hiero. Decima mãſio i Exodo nõ ha/
bet̃: ⁊ credit̃ i heremo ſin cõtineri: eo/
Exo. 17. a dẽ narrãte libro: Profecta ẽ oĩs mul/
titudo iſrael de heremo ſin per mãſio/
nes ſuas per os domini: ⁊ venerũt i ra
phidim. Uñ ptz pl'es mãſiões huiꝰ re
gionis vocabulo demõſtrari. In hac
ſolitudine murmurat populus ꝓpt̃
famem: et conuerſus reſpicit procul in
nube gloriã dei: accipit veſpere cotur
nicẽ: mane autẽ mãna. Et nota in mã/
ſione decima fermentum poni: ⁊ poſt
eſum carniuz manna tribui ⁊ impleri
Pſ. 77. ſcripturã: Panẽ ãgelorũ mãducauit
homo. Profectiq; de raphecca veni/
unt in halus. i. labores. Nec mireris
ſi ſanitatẽ ſequuntur labores: qꝛ ideo
ſanatur anima vt delectabiliter labo/
Ibi. 127. ret et dicatur ei: Labores fructuũ tuo
rum manducabis: beatus es ⁊ bñ ti/
bi erit. c In raphi. Hiero. Caſtra
metati ſũt in raphidim. Undecĩa mã/
ſio hec in Exodo dr̃ poſt ꝓfectionẽ de
Exo. 17. b heremo ſin. In ea queritur pp̃ls ob ar/
dorẽ ſitis: ⁊ fons de petra oreb erũpit
⁊ ꝓfluit: tẽtatiõiſq; nomẽ ſortit̃. Moy
ſes aſcendit in montẽ: ieſus contra amalech militat: ⁊ crucis ſi
gno ſuperat̃ inimicus. Remiſſis orãtis manibus hoſt' victor
inſequitur. Sedet moyſes ſup lapidẽ çacharie: qui ſeptẽ oclos
habet ⁊ in ſamuelis volumine appellat̃ abneçer. i. lapis adiu/
torij. vtrãq; manũ eiꝰ aaron ⁊ hur. i. montanꝰ ⁊ lucidus ſuſti/
nẽt: deuicto aduerſario ſuꝑuẽit ietro. adducit ſephorã ⁊ vtroſ
q; filios: dat conſiliũ. lxx. ſeniorũ: ⁊ in typũ eccleſie de gẽtibuſ
congregate imminutio legiſ euãgelio ſuggerẽte cõplet̃. Bene
diſſolutio vel ſanitas fortiũ raphidim dicit̃: ꝑpter diſſipatuz
amalech: vel ſanatũ iſrael: vel remiſſio manuũ iuxta ſyros ꝓ/
pter offenſam pp̃li: qui contra dñm in hoc loco murmurauit.
Poſt fermentũ ergo halus ⁊ maſſam eccl'ie ſolẽt demonũ tẽta
menta conſurgere. Orige. Poſt hec veniunt in raphidim q̃
interpretatur laus iudicij. Bene laus ſequit̃ poſt labores: ſed
laus iudicij. Fit ergo digna laude aĩa que recte iudicat ⁊ diſ/
cernit: que. ſ. ſpiritaliter dijudicat omnia: ⁊ a nemine dijudica
tur. d In deſerto ſinai. Hiero. Sinai duodecima manſio.
Statim tibi veniat in mentẽ apoſtoloꝝ numerus. Una de plu
ribus: ſed maior omnibus: nõ ſeparat̃ in ordine: ꝑcellit in me
Exo. 19. a rito. Ad hanc. xlvij. die ꝑuenerũt dicente ſcriptura: Menſe ter
tio egreſſionis filioꝝ iſrael de egypto: in die hac tranſierunt in
ſolitudine ſinai. ¶ Poſt peruenit̃ in deſertũ ſina. Sina quidẽ
locus deſerti eſt: quem ſupra ſin nominauit. Sed hic magis lo
cus montis qui in ipſo deſerto eſt: appellatur: qui ex voca/
bulo d'ſerti ſina dicitur. Poſtq̃ ergo laudabilis iudicij facta
ẽ aĩa ⁊ rectũ cepit hẽre iudiciũ: dat̃ ei lex a deo: qꝛ capax ẽ diui
noꝝ ſecretoꝝ ⁊ celeſtiũ viſionũ. e Ad ſepul. cõ. Hiero. Tre
decĩa mãſio ſepſchra ꝯcupiſcẽtie. Eſt ãt ſẽſuſ ille ď euãgelio ꝙ
dñs ieſus baptiçatꝰ: ſtatĩ a ſpũ ductꝰ ẽ i deſertũ: ⁊ tẽptabat̃ a
diabolo. Itaq; iſrl' poſt familiarẽ cũ deo ſermonẽ poſtq̃ iuxta
montẽ ſinai cõmoratus eſt: anno vno ⁊ diebꝰ. iiij. mira diſpo/
ſitione caſtroꝝ egreſſus eſt in ſolitudinẽ pharã: que interpre/
tatur onager vel feritas. Ibiq; ſuccũbit male beſtie faſtidienſ
celeſtem panem. ¶ Orige. Profecti de ſina veniunt ad ſepul/
chra concu

chra concupiſcentie: vbi ſcz ſepulte ſunt ⁊ obrute concupiſcẽ/
tie ⁊ extincta omnis cupiditas: ne vltra concupiſcat caro ad/ Gal. 4. d
uerſus ſpũm: mortificata. ſ. morte chriſti. f In aſeroth ⁊c.
Hiero. Quartadecima manſio in aſeroth: q̃ iterp̃tat̃ atria.
Ibi aaron ⁊ maria ꝑpter ethiopiſſam cõtra moyſen murmu/
rant: ⁊ in typũ murmurãt' ꝯtra eccle/
ſiã de gẽtibꝰ cõgregatã pp̃ls iudeorũ
lepra ꝑfũdit̃: nec redit ad tabernacu/
lũ cũ p̃ſtina ſanitate: donec ſtatutum
plenitudĩs gẽtiũ tp̃s cõpleat̃. ¶ Ori.
Poſt hec venit̃ in aſeroth qđ interp̃/
tatur atria ꝑfecta vel beatitudo. In/
tuere viator diligẽtiꝰ q̃s ſit ordo ꝓfe/
ctuũ. poſtq̃ ſepelieris ⁊ mortificauer̃
cõcupiſcẽtias carnis: vẽies ad ampli/
tudinẽ atrioꝝ ⁊ venies ad beatitudi/
nẽ. Beata eſt enĩ aĩa q̃ iã nullis vitijs
carnis vrget̃. g In rethma. Hiero.
Caſtrametati ſũt i rethma. Hec ẽ. xv. † Exo. 17. a
manſio. ⁊ notandũ ꝙ relique mãſiões
xviij. quaruz breuiter catalogꝰ deſcri
bit̃ a rethma vſq; ad aſiongaber. i. x:
xxij. manſionẽ ſub pharã ſolitudinis
nomine cõtinent̃. In quibꝰ. xij. explo/ Ŝ. 13. a
ratores miſſi ſũt ad terrã ſanctã: ⁊ bo/
trus in ligno relatꝰ pp̃ls gigãtes for/ Ibi. 14. e
midãs murmurat ⁊ ꝯtra amalech pu
gnat ⁊ vincit̃. In datan ⁊ abriõ ⁊ fili/ Ibi. 16. e
os chore vindicta dei ꝓfert̃: virga aa/ Ibi. 17. b
ron germinat: vitula rufa in holocau
ſtum cremat̃. Poſtq̃ ſepulchra cõcu/
piſcẽtie ⁊ veſtibula trãſeundũ ẽ ad im
periũ que diu calorẽ ſeruat: vt ſimus
feruẽtes ſpũ ⁊ claro ſonitu euãgeliuz
ꝑdicemus. Ori. Inde evẽit̃ in reth/
ma ſiue pharã. Rethma viſio cõſũma
ta iterpretat̃. Pharã vo viſibile os.
Quid vbi ita creſcat aĩa vt cũ deſierit
moleſtijs carnis vrgeri viſiões habeat
cõſũmatas. ⁊ rex ꝑfectã capiet intelli
gentiã. cauſas. ſ. incarnationis verbi
dei: ⁊ rationes diſpenſationũ eiꝰ altiꝰ
cognoſcens. h In remonphares.
Hiero. Mali punici diuiſio. In quo ſi
gnificat̃ eccl'ia q̃ſi multa grana vno cortice cõtegi: dũ omnẽ
turbã credentiũ in fidei vnitatẽ cõcludit. Uel varietas ⁊ ꝯſo
nãtia virtutũ. Uñ multitudinis credentiũ erat. c. v. ⁊. a. vna. Act. 4. f.
Sicq; diuiſi ſunt ſinguli gradus: vt omneſ eadẽ cõpage tene
antur. ¶ Orige. Inde venitur in rẽmonpha: vbi. ſ. diuinaꝝ
⁊ celeſtiũ rerũ a terrenis ⁊ infimis diſcretio fit. Creſcente enĩ
intellectu anime noticia ei excelſoꝝ prebetur: ⁊ iudiciũ datur
quo ſciat a tẽporalibꝰ eterna: ⁊ a ꝑpetuis caduca ſeparare.
i In lebna. laterẽ. ſ. In hoc enĩ trãſitu nunc creſcimꝰ nunc
decreſcimus. ⁊ poſt multos ꝓfectus ſepe ad laterẽ. i. carnalia
opa redimus. ¶ Poſt hec venit̃ in lebna: qđ interp̃tat̃ deal/
batio. Scio in alijs dealbationẽ culpabilit̃ poni: vt cũ dicit̃
paries dealbatꝰ: ⁊ monumẽta dealbata. Hic aũt dealbatio ẽ
ď qua dicit̃: Lauabis me ⁊ ſup niuẽ dealbabor. Et ſi fuerint Pſ. 50.
pctã veſtra ſicut pheniciũ: vt niuez dealbabo. ⁊ alibi: Niue Ibi. 67
dealbabunt̃ in ſelmon. Et vetuſti dierũ capilli dicunt̃ eſſe cã
didi. i. albi ſicut lana. Hec igit̃ dealbatio ex ſplẽdore vere lu/
cis intelligitur prouenire: ⁊ ex viſionũ celeſtiũ claritate deſcẽ
dere. k In reſſa. Frena. ſ. Si enĩ ad lutulenta opera de/
ſcendimus infrenandi ſumꝰ: ⁊ curſu vagi atq; precipites ſcri
pturarũ retinaculis dirigendi. Origenes. Poſt hec fit mã
ſio in reſſa: quod eſt viſibilis vel laudabilis tentatio. Quis
enim grandes habeat profectus anima: tamen tentatiões nõ
auferunt̃ ab ea: quia quaſi cuſtodia: ⁊ munimen ſunt ei. Sic
enim caro ſi non ſale aſpergitur corrumpitur: ita anima ſi ten
tatione non ſalitur continuo reſoluitur. Unde dictum eſt ꝙ
omne

## Nico. de lyra

vbi fixerũt tẽtoria. a In raphi. fixe. tẽ. vbi pp̃lo defuit aq̃
⁊c. ꝑut habet̃ Exo. xvij. b Sed ⁊ de ſoli. Hic ꝯñr enume/
rant̃ mãſiões a mõte ſinai excluſiue vſq; ad cades incluſiue:
⁊ ſũt mãſiones. xxj. c Uene. ad ſepul. cõcupiſ. ſic enĩ vocatꝰ
eſt locꝰ ille: qꝛ ibi ſepultus eſt pp̃lus q̃ deſiderauerat carnes:
vt dictũ ẽ. ŝ. xj. ca. Cetera patet ĩ littera.

2.Co.12.b omne ſacrificium ſale ſalietur. Hinc Paul⁹ ait: Ne magnitu/
do reuelationũ extollat me: dat⁹ eſt mihi ſtimul⁹ carnis mee. Hec
eſt ergo viſibilis ⁊ laudabil' tẽtatio. a In mõte ſepher. Hie.
Pulchritudis. Mõs aũt pulchritudis eſt christus. Uiceſima
Pſ.14. mãſio in mõte pulchritudis ꝯſtituta eſt. de qua dr: Dñe qs ha
bitabit ĩ taber. tuo ⁊c. Uide qd ꝓſint
frena. A vitijs nos retrahũt: ad vir/
tutũ thoros nos introducunt: in chri
ſto mõte pulcherrio habitare faciũt.
Inde venit in mõtẽ ſepher. qḋ tubici
natio dicit. Tuba ſignũ belli ẽ: vbi ei
ſe tantis ac talib⁹ virtutib⁹ armatam
ſentit anima neceſſario ꝓcedit ad bel/
lũ qḋ eſt cõtra ꝑncipatus ⁊ ꝑtãtes: et
hui⁹ mũdi rectores. Uł tuba cãit ĩ ver
bo dei: doctrine. ſ. ⁊ predicatiõis: vt q
audierit tubã ꝑparare ſe poſſit ad bel
lum. b In arada. Hiero. Miracu/
lũ. Et nota ordinẽ: poſt frenos ĩ eccle/
ſiam intromittimur: inde ad montem
chriſti aſcendimus: in quo poſiti mira
1.Cor.2.c mur que nec ocul⁹ vidit: nec auris au
diuit. De mõte ſepher venerũt ĩ ca/
radad: qḋ interꝑtatur idone⁹ effectuſ
vt. ſ. dicat: idoneos nos fecit miniſtros
noui teſtamenti. c Maceloth. Ce
Pſ.132. tus. Hec eſt eccła de qua dicit: Ecce
qꝫ bonũ ⁊ qꝫ iocundũ ha. fra. ĩ vnum.
vł cõſonãtia oĩm virtutũ. Inde ve/
nitur ad maceloth: qḋ interpretat ab
initio. Cõtẽplat enĩ q ad ꝑfectionẽ tẽ
dit initiũ rerũ: ĩmo cũcta ad eũ refert
qui erat in principio apud patrẽ. ſ. de/
um: nec ab iſto vnqꝫ recedit initio.
Ex hac venit in maceloth: qḋ eſt prin
cipatus vel virge: vtroqꝫ ꝑtãs indica
tur: ⁊ ꝙ eouſqꝫ ꝑfecerit: vt dominet
corpori quaſi tenens virgam poteſtat'
Gala.6.d immo toti mundo. cũ dicit: Mihi mũ/
dus crucifixus eſt ⁊c. d Taath.
Pauor qui eſt cuſtos beatitudinis:
vt qui tantũ aſcendit non ſuperbiat:
quaſi veniſti ad eccleſiã: aſcendiſti ad
montẽ pulcherrimũ: ſtupore et miraculo chriſti magnitudinez
Ro.12.a confiteris. Uides ibi multos virtutis ſocios: Noli altuz ſape
re: ſed ſapere ad ſobrietatem. Timor virtutũ cuſtos: ſecuritas
Pſ.22. labilis. vnde: Uirga tua ⁊ baculus tuus ipſa me conſolata ſt.
Hoc eſt dum tormenta formido: gratiam acceptã ſeruo.
Orige. Poſt hec fit manſio in taath. quod eſt confirmatio
vel patientia. Neceſſe eſt ei eũ qui vult alijs ꝓdeſſe multa pa/
Act.9.c ti: ⁊ cuncta patienter ferre. vnde: Ego enĩ oſtendam ei quãta
oporteat eũ pati ꝓ nomine meo. e Caſtrametati ſũt in tha
re. Hiero. Id eſt malicia vel paſtura: ſm quoſdam: Nec erra/
rẽt ſi per eyn litterã ſcriberetur. Sed quia aſpiratio duplex in
extrema ſyllaba eſt: erroris cauſa manifeſta eſt: eodẽ vocabu/
lo ⁊ eiſdem litteris patrẽ abrae ſcriptum inuenio: qui in apo/
chrypho parue geneſeos volumĩe abactiſ coruis que hominũ
frumenta vaſtabant: abactoris: vel depulſoris ſortitus eſt no
men. Imitemur ergo thare: ⁊ volucres iuxta viam triticũ de/
uorantes prohibeamus. Nam abraã patriarcha in typo iſrae/
lis ſacrificia per mẽbra diuiſit: ⁊ volucres abegit: ⁊ ꝯtẽptorez
oculũ effodiũt corui de ꝯuallibus: veruſqꝫ moyſeſ ducit ethio
piſſã: ⁊ helias a coruis paſcit. Inde venit ad thara: qḋ ẽ cõtẽ/
platio ſtuporis. i. extaſis: cũ alicui⁹ magne rei ſtupeſcit anim⁹.
Hierony. Malicia: vel paſtura qḋ ad ꝑpoſitos eccleſie: vel
ad cuſtodiã anime refertur: vt ſollicituſ ſit q paſcit: ne diabol⁹
in caulas ouium: id eſt eccleſias aliquo vitiorũ foramine ſe in/
gerat. f Metcha. Hiero. Dulcedo. Quaſi: aſcendiſti in ex/
celſũ montẽ patris: ⁊ mirat⁹ es virtutũ choros: timuiſti ruinã:
abiecisti inſidiatores: iõ dulcis te fructus laboris inſequit: vt
Pſ.118. dicas: Q dulcia faucibus meis eloquia tua. Samſon que ab
Judi.15.a egerat a fructib⁹ ſuis aues: ⁊ vulpes q exterminãt vineas col/
Ibi.14.b ligauerat: leonem quoqꝫ interfecerat rugientem: fauum inue/
nit in ore mortui. Poſt hec venerunt ad metcha: quod iter/
pretatur mors noua. Mors autem noua eſt: quando chriſto
cõmorimur ⁊ cõſepelimur et conuiuam⁹ ei. g Eſmona. que
interꝑtatur feſtinatio: quia poſt dulces fructus laboris nõ de
bemus eſſe ocioſi: ſꝫ obliti preteritorũ in futura nos extẽdam⁹
Orig.

ſ qḋ interꝑtat eccła: vt vagi curſus ad eccliaz re
ferantur.
reſſa venerũt in ceelatha. Uñ ꝓ/
a fecti caſtrametati ſũt in mõte ſe/
pher. Egreſſi de monte ſepher ve
b nerũt in arada. Inde ꝓficiſcẽtes
c caſtrametati ſunt in maceloth.
Profectiqꝫ de maceloth venerũt
d e in taath: De taath caſtrametati
ſunt in thare: Unde egreſſi fixe/
f re tentoria ĩ metcha. De metcha
g caſtrametati ſũt in eſmona. Pro
fectiqꝫ de eſmona venerũt in mo h
ſeroth: Et de moſeroth caſtrame
ſ alś beneiachan.
tati ſunt in baneiachan: Egreſſi/ i
qꝫ de baneiachan venerũt in mõ/ k
a ſ expeditio vel accinctio vel nũcius vel cõciſſio
horũ qcqd magiſter facit in mõte cõſiſtit. ſ vł gal
gath. ſ vel galgad.
tem galaad. Inde profecti caſtra
ſ triceſima manſio.
metati ſunt in iethebatha: et de l
iethebatha venerũt in hebrona. m
Egreſſiqꝫ de hebrõa caſtrameta/
ti ſunt in aſiongaber. Inde pro/ n
fecti venerunt in deſertum ſin: o

Orige. Inde ad ſemã venitur quod os vel oſſa ſignificare
dicitur: in quo virtus ⁊ robur patientie declarat b Moſe/
roth. Uincula: vel diſciplina. Ut magiſtrorũ teramus limi/
na: et precepta virtutũ ac myſteria ſcripturarũ vincula pute/
mus eſſe eterna cõtra diaboli poteſtatẽ ⁊ vincula. Quib⁹ di/
ruptis vicit hoſteſ ſamſon. de quibus
dicitur: Dirupiſti vincula mea. Qui Pſ.115.
vinculo chriſti fuerit ligat⁹ dicet: Si/
niſtra eius ſub capite meo: ⁊ dextera
eius amplexabitur me. Orige. In/
de ad moſeroth: quod eſt excludens:
vt iã excludat ſuggeſtiones contrarij
ſpiritus de cogitationib⁹ ſuis. Unõ ſi Eccle.10.a
ſpũs poteſtatẽ habẽtis deſcẽderit ſu/
ꝑ te: locũ tuũ ne dimittas. Tenẽdus
eſt ergo locus: ⁊ excludẽdus aduerſa
rius eſt: ne inueniat locũ ĩ corde nr̃o.
vñ: Nolite locũ dare diabolo. Eph.4.f
i Baneiachan. Hiero. Filij neceſſi/
tatis vel ſtridoris. xxviij. mãſio. No/
ta numerum: quia ſi ab vno incipias:
⁊ paulatĩ addẽs ad ſeptimũ vſqꝫ ꝑ/
ueniens viceſimus octauus efficitur.
Hiero. Baneiachan interpretat fi/
lij neceſſitatis vel ſtridoris. De his fi
lijs dicitur: Afferte dño filios arietũ. Pſ.28.
Cũ aũt diuinis ſcripturis fueris eru/
ditus: ⁊ leges earũ ⁊ teſtimonia ſcieris
eſſe vincula charitatis: ⁊ cõtẽdẽs cuz
aduerſarijs ligabis eos: ⁊ victos du/
ces in captiuitatẽ: ⁊ de hoſtibus ⁊ ca/
ptiuis efficies liberos dei. Et filij ſtri/
doris timore iudicij vel ſupplicij: vbi
eſt fletus et ſtridor dentiũ: deſerentes
vincula diaboli: chriſto colla ſubmit/
tent. Orige. Poſt hec venit ad ba/
neiachã: qḋ ſignificat fõtes vel exco/
lationes. vbi ſcꝫ diuinorũ verborũ fõ
tes haurit vſqꝫquo excolet eos biben
do: vt nec minimũ quidẽ mãdatũ pre
tereat: immo nec vnuz iota: aut vnus Mat.5.c
apex de verbo dei in intellectu ei⁹ ha/
beatur ocioſus. k Monte ga. Hie
ro. Galaad vel galgath: interꝑtat nunci⁹ vł actio vł cõciſſio.
Nõ enĩ poſſum⁹ facere filios neceſſitatis niſi ꝑceptores eoruz
interfecerim⁹: nec parcat man⁹ nr̃a armũ aut extremũ auricu
le extrahere de ore leonis: ⁊ nũciauerimus ꝑmia futura ⁊ ac/
cinctos eſſe in rebellãdo docuerimus. vñ: Maledict⁹ q facit Hie.48.b
opus dei negligent: ⁊ ꝓhibet gladiũ ſuũ a ſãguĩe. Et dauid:
In matutino interficiebã oẽs pec. ter. Poſt hec venit ĩ ga/ Pſ.100.
laad qḋ interꝑtat tẽtamẽtũ vł cõſtipatio: fortitudo qdam in
deo: ⁊ munimen eſt anime tẽtamẽtũ. Ita enĩ virtutib⁹ admul
cetur vt videatur abſqꝫ eo nec decore eſſe nec plene. ⁊ iõ ꝓfici
entibus ad virtutẽ varie ⁊ frequẽtes mãſiones in tentationi/
bus fiũt: quas cũ trãſieris applicabis in thabatha. Thaba/
tha iterpretat bona: ad bonũ ergo nõ niſi poſt tẽtationũ ex/
perimenta venitur. l Jethebatha. Hiero. Bonitas que ẽ
chriſtus. vt cũ ꝑuenerim⁹ ad ꝑfectũ virũ ſacerdotalẽ graduz
⁊ etatẽ plenitudinis xp̃i in q Ezechiel erat iuxta fluuiuz cho/ Ezech.1.a
bar poſſim⁹ in. xxx. Pſ. canere: Dñe in te ſperaui nõ cõfun. ĩ
eter. Paſtor ei bon⁹ põit aĩaz ſuã ꝓ ouib⁹ ſuis. m Hebro/ Joh.10.b
na. Hiero. Trãſitus. i. mũdus. Preterit enĩ figura hui⁹ mũ/ 1.Cor.7.f
di in quẽ veniẽtes ſcti cupiũt ad meliora trãſire. Ad hãc mã/
ſionẽ vẽit ver⁹ hebre⁹. i. trãſitor: qui dicere poteſt trãſiẽs. Ui Exo.3.a
debo viſionẽ hãc magnã. vñ: Et nõ dixerũt q ꝑteribãt: Bñdi/ Pſ.128.
ctio domini ſup vos. Orige. Inde applicuerũt in hebrona
qḋ eſt trãſit⁹. Trãſeunda enĩ ſũt omnia: que etiaz ſi ad bona
venias oportet te ad meliora tranſire: vſqꝫquo ad illõ bonuz
venias in q ſemꝑ debeas ꝑmãere. n In aſiongaber ligna
viri: q ſcꝫ ſaltuũ ⁊ omniũ arborũ genera ꝑnt multitudinẽ gen
tiũ figurare. Huc uſqꝫ ſolitudo pharan. xviij. cõtinet mãſiões
q deſcripte in catalogo in ſuꝑiore itinere nõ ponunt. Ori.
Poſt hec venit ad aſiongaber: qḋ iterpretat ꝯſilia viri. Si
quis deſijt puer eſſe ſenſib⁹: ꝑuenit ad conſilia viri: ſicut ille q
dicebat: Qñ aũt fact⁹ ſũ vir euacuaui q erãt ꝑuuli. Sũt ergo 1.Co.13.b
magna ꝯſilia viri. vñ: Aqua alta cõſiliũ in corde viri. Pro.20.a
o In deſer. ſin. Hie. Querit cur octaua. ſ. mãſio. xxxiij. di/
cat. Sꝫ ſciẽdũ ꝙ prior ſcribit ꝑ ſamech lrãz: ⁊ interꝑtat rub⁹
vel odiũ

vel odiū. Hec aūt ꝑ ſade: ⁊ interꝑtaᷣ mādatum. Cades nō (vt plerıqꝫ eſtimāt) ſctā dicitᷣ: ſꝫ mutata ⁊ trāſlata. vñ in Geñ. Hiras interrogat ſm hebraicā veritatē vbi eſt cadeſa. i. ſcortū cuius habit⁹ a ceteris femis mutat⁹ eſt. Sin aūt ſctā interꝑtaᷣ ꝑ antifraſim: ſicut parce dicūt: q: minime parcūt: ⁊ bellū: q: non eſt bonū: ⁊ lucus: q: nō lucet. In hac ei māſione moritᷣ maria ⁊ ſepelitᷣ: ⁊ ꝓpter aquas cōtradictionis moyſes et aaron offendūt dñm: ⁊ ꝓhibentᷣ trāſire trās iordanē. Miſſiſqꝫ nūcijs ad eoſdē trāſitus petitᷣ ⁊ negatᷣ. Quis timeret poſt tātos ꝓfectos murmur populi: ⁊ offēſā mgroꝝ: ⁊ vie trāſit⁹ denegatos: Et nota ꝙ poſt mortē ꝓpheti e ⁊ aq̄s ꝯdictiōis idumeū ꝫ carneū atqꝫ terrenū trāſire nō poſſūt. Sꝫ egrediatur edom aduerſus eos in ꝑplo mīto: ⁊ in forti manu. Interꝑtatio q̄ꝫ nominis morti ⁊ offenſe: ⁊ negato tranſitui cōuenit. vbi eni mādatū ibi peccatuꝫ: vbi peccatū ibi offenſa: vbi offenſa ibi mors. De hac māſiōe dicitᷣ: Cōmouebit dñs dſertū cades. Ori. Hinc iterū ſin. i. tētatio: q: nec aliter expedit h iter agere. Aurifex eni vas neceſſariū facere volēs frequēter admouet igni: ſubdit malleis: raſorijs perſtringit vt purgatius fiat: ⁊ ad ſpeciem quam ꝓſpicit artifex ꝑueniat. Orige. Poſt hec venerunt ad pharaā cades qđ eſt fructificatio ſancta. Uides quo venitur: vides: quia tētationis ſulcos fructificatio ſancta ſubſequitᷣ. Hor. Hiero. Quidā interpretātᷣ lumē: nec errarēt ſi ꝑ aleph lrām ſcriberetᷣ. alij pellē quiveꝝ dicerēt ſi ibi eſſet eyn. Nonulli foramē qđ poſſet accipi: ſi beth haberet elementū. Cū aūt legatᷣ ꝑ he magis mons intelligitur. Et legi poteſt.

a ſ Hiero. Sancta per antifraſim.

Hec eſt cādes. Egreſſiqꝫ de cades a
caſtrametati ſūt in mōte hor i ex b
tremis finibus terre edom. † Aſcē c
a ditqꝫ aaron ſacerdos i mōte hor
iubente domino: ⁊ ibi mortu⁹ eſt
anno q̄dragesimo egreſſiōis filiorū iſrl̄ ex egypto mēſe quito: ꝑma
die mēſis cū eſſet annoꝝ cētū vi
b gititrium: Audiuitqꝫ chananeus b
rex arad qui habitabat ad meridiē in terrā chanaan veniſſe filioſ
iſrael. Et profecti de monte hor
c caſtrametati ſunt in ſalmona: vn
d de egreſſi venerunt in phinon. e
Profectiqꝫ de phinon caſtrametati ſūt in oboth: ⁊ de oboth ve
e ſ aceruus lapidum tranſeuntiū. i. ſcrōs ꝑ hoc ſeculū ad alias manſiones tranſeuntes.
f nerūt in ieabarim: q̄ ē in finibus
moabitarū. Profectiqꝫ de ieaba
a ſ fortiter intellecta tentatio.
g ri fixere tētoria i dibōgad: vnde
h egreſſi caſtrametati ſūt i helmon

qꝛ ibi exꝑſſa eſt imago ſaluatoris ꝑ ſerpētē eneū q̄ in ligno pependit. d Phinon. Os: qꝛ cū paſſionē filij dei cognoſcim⁹ qđ corde credim⁹: ore ꝓnūciam⁹: ſꝫ illđ: Corde creditᷣ ad iuſticiā ⁊c. Ro.10.c Orige. Hinc venitᷣ ad phinon qđ putam⁹ eſſe oris parſimoniā. Qui eni potuerit myſteriū chriſti ⁊ ſpūſſcti ītueri: et viderit vl̄ audierit q̄ nō licet homini loq̄: neceſſario habebit oris parſimoniā: ſciēs quib⁹ quādo vel quō đ myſterijs diuinis oporteat loq̄.

e Oboth. Magi: vel phitōes: quia poſt imaginē dei qui in corde ratione mōſtratᷣ: ⁊ cōfeſſione fidei q̄ ore ꝓfertur: cōſurgent ſerpētes ⁊ malefice artes ad bella nos ꝓuocāt. Sed omi cuſtodia ſeruātes cor nr̄m: obturemus aures nr̄as ne audiamus voces incātātiū ⁊ carmia ſirenarū. Orige. P⁹ hec venitᷣ in oboth. Cui⁹ nomis q̄uis nō inuenerim⁹ interꝑtationē nō dubitamus ſicut in ceteris: ⁊ in hoc conſequentiā ꝓfectuū conſeruari. f In finibus moabi. Significat ſm lrāꝫ ꝙ hucuſqꝫ fuerūt in finib⁹ idumeoꝛuꝫ: ⁊ nūc veniūt ad termios moab. Orige. Sequitᷣ poſt hec māſio gai. i. chaos. appropiāt eni ꝑ hos effectus ad ſinū abrae q̄ ait: Intᷣ nos ⁊ vos magnū chaos firmatū eſt: vt cū laçaro requieſcat. Luce.16.f g In dibongad. Hiero. Dibongad. xxxix. māſio. Pro hac in ordine hiſtorie legitᷣ: quia poſtq̄ caſtrametati ſūt in ieabarim in finib⁹ moab ꝯtra ortū ſolis: inde ꝓfecti ſunt ⁊ deuenerūt ad torrentē ꝫared: ⁊ inde ꝓficiſcentes caſtrametati ſunt trās arnō: q̄ eſt in ſolitudine finiū amorrei: eo ꝙ arnon in terminis ſit moabitarum ⁊ amorreorū: poſt dibongad: bellū geritur contra ſeon regē amorreoꝝ ⁊ og regē baſan. vñ dicimus qꝛ cū venerimuſ

E. † S.20.b F

S.20.d Aſcendit aaron ſacerdos in montis montē. i. in verticē ei⁹. Et nota nō in monte ſimplicitᷣ. ſed in montis monte moritᷣ pōtifex: vt dign⁹ locus meritis illi⁹ mōſtretur. Alius eni in valle: ali⁹ in cāpis: ali⁹ moritᷣ in mōte: alius in monte montis. Inde applicatᷣ in mōte hor. qđ interꝑtatur montanus. Uenit eni ad montē dei vt fiat mons vber: mōs coagulat⁹. Uel ab eo ꝙ ſemꝑ in monte dei habitet dicitᷣ montanus. a Aaron in mon. ⁊c. Iſi. Eo anno mortuus ē aaron: quo nouus pplꝰs terrā ꝓmiſſiōis intraturus erat. Et quāqꝫ in mōte eleaçaro ſacerdotiū dereliquerit: ⁊ lex eos qui eā impleuerint ꝑducat ad ſummū: tñ̄ ipſa ſublimitas nō ē trāſ fluenta iordanis: ſed in extremis terrenorū opum finibus. Et plangit eū omnis ꝑplꝰs. xxx. diebus. Aarō plāgitᷣ: ieſus non plangitᷣ. In lege deſcenſus ad inferos. In euangelio ad paradiſum aſcenſio. b Audiuitqꝫ. Iſiđ. Audiuit quoqꝫ cha. ꝙ veniſſet iſrael in loco exploratorū vbi quondā pplm̄ offēdiſſe nouerat: inijt preliū ⁊ captiuū duxit iſrael. Rurſū i eodē loco expugnatur: ex voto victor vincitᷣ: ſupāt victi. Per quod intelligimus vt cū nos auxilio dei deſtitutos hoſtes captiuauerint nō deſperemus ſalutē: ſed iterum pugnemus. Pōt fieri vt vincamus vbi victi ſum⁹. Appellaturqꝫ nomē loci illi⁹ horma. i. anathema. c In ſalmona. Hiero. Caſtrametati ſunt in ſalmona. deinde in phinon. He due māſiones. xxxv. ⁊ xxxvi. in ordine hiſtorie nō habentᷣ: ſed ſcriptū eſt ꝓ eis. Egreſſi đ monte hor per viā maris rubri vt circūirent terrā edom. S.21.a Ex q̄ oſtenditᷣ in finibus ⁊ in circūitu terre edom eas poſitas: nec de monte legitᷣ. Profecti de mōte hor. caſtrametati ſunt i ſal. vel in phinon. Sed poſt ambitū terre idumeoꝝ venit ad extremū ⁊ ait: Profecti filij iſrael caſtrametati ſunt in oboth. Ibidem.c Nec dixit ꝓfecti ſunt de illo in illū locū: quia duas māſiones pretermiſerat: quas cū in ſupputatione tacuerit reddit eas in ſumma. In his aarō mortuo pplꝰs murmurat cōtra dñm ⁊ moyſē: manna faſtidiunt: a ſerpētib⁹ vulnerantᷣ. Orige. Sequitur poſt hec māſio ſalmona: qđ interꝑtatᷣ vmbra portiōis. Hec puto eſt vmbra. de qua dicitᷣ: Spūs vultus nr̄i xp̄s dñs. cui dixi- Tre.4.d mus: In vmbra tua viuem⁹ in gētib⁹. Ibidem Illa quoqꝫ vmbra ſimilis eſt huic de qua dicitᷣ: Luce.1.d Et ſpūs dñi obumbrabit tibi. Umbra ergo portiōis nr̄e q̄ nobis opacitatē preſtat: ab omni eſtu tentationum xp̄s ē ⁊ ſpūſſctūs. Hiero. Salmona: imagūcula: qꝛ ibi exꝑſſa

ad ſummū: nō ſupbiamus: ſed ecōtrario ſolitudinē nobis ꝓpoſitā nouerim⁹. Orige. Inde vēitᷣ iteꝝ ad dibongad: qđ interꝑtatᷣ apiariū tētationū. O mira ꝓuidētie cautela diuie. Iā viator celeſtis ſūme ꝑfectioni ꝓxim⁹ fit ſuccēſiōe virtutū: tñ̄ ei tētamēta nō deſūt: ſed noui generꝭ audi tētamēta. Apis laudabile animal in ſcripturis eſt: cuius laboribus ⁊ reges ⁊ mediocres ad ſanitatē vtuntᷣ: qđ recte de xbis ꝓphaꝝ ⁊ apoſtoloꝝ: ⁊ omniū q̄ ſacra volumina ſcripſerūt accipitᷣ. Et hoc eſſe apiariū omnē numeꝝ ſcꝫ diuinaꝝ ſcripturarū puto. Eſt q̄ his qui ad ꝑfectionē tendunt: etiā in hoc apiario tentatio: video in hoc apiario tētationē. cū dicitᷣ: Uide ne aſpiciēs ſolem Deu.17.a ⁊ lunā adores ea que ſequeſtrauit dominus deus tu⁹ gentibus. ⁊ alibi: Deos nō maledices. Exo.21.d Et in nouo teſtamē. Quid me vultis occidere hominem qui veritatē locut⁹ ſum vobis. Ioh.8.e ⁊ alibi: Propterea in parabolis loquar eis: vt videntes non Mat.13.b videant: ⁊ audientes non intelligant ⁊c. Apoſtol⁹ quoqꝫ ait: 2.Cor.4.a In quibus deus huius ſeculi excecauit mētes īfideliū: ⁊ multa huiuſmodi tētamēta in diuino apiario inuenies: ad que neceſſe eſt euenire vnūquēqꝫ ſctōꝝ vt etiā ꝑ hec q̄ ꝑfecte ⁊ pie đ deo ſētiat cogſcatᷣ. b Helmōdeblathaim. Qđ iterꝑtatᷣ cōtēptus palatoꝝ: vel opprobriorū. Ut intelligam⁹ oīa dulcia ⁊ illecebras voluptatū in hoc ſeculo contemnendas: ⁊ opprobria di

## Nico. de lyra

a Egreſſiqꝫ de cades. Hic deſcribūtur manſiones a cadeſ vſqꝫ ad iordanē excluſiue: ⁊ ſunt nouem manſiones.
b Caſtrametati ſunt in monte hor. iſta eſt prima poſt egreſſum de cades. c Aſcenditqꝫ aaron ⁊c. ⁊ ibi mortuus eſt ſicut dictum fuit ſupra. xx. ca. Dicunt tamen aliqui ipſum mortuum fuiſſe in moſeroth: ſicut dictū fuit ibidē. d Audiuitqꝫ chananeus: ſcilicet mortem aaron ⁊ aduentum filiorū iſrael: ⁊ ex morte aaron que acciderat fuit audacior ad inuadendum filios iſrael: quia credebat diuinuꝫ adiutoriū ab eis elōgatum: eo ꝙ aaron qui orabat pro populo ⁊ offerebat ſacrificia mortuus erat. e Uenerunt in ieabarim. In hebreo habetur. In ieabarim. i. in ſolitudinib⁹ abarim. Eſt eni abarim nomen montis iuxta quem ſunt ſolitudines in quibus fixerunt tentoria.

bria diligēda. Que ſi falſo obijciāt beatitudinē pariūt. Mel nō offertur in ſacrificijs dei: ⁊ cera que dulcia cōtinet in tabernaculo nō lucet: ſed oleū puriſſimū quod de oliue pfert amaritudine. Mel enī diſtillat de labijs meretricis: de quo puto myſtice guſtaſſe ionathan vix ppſi ꝑcibus liberatū.

Orige. Poſt hec vēit in helmōdeblathaim: qḋ interp̄tat̄ contēptus ficuum: id eſt vbi contēnunt̄ penit⁹ terrena. Niſi enī cōtēpta fuerint q̄ delectare vident̄ in terris ad celeſtia tranſire non poſſumus. a Venerūt ad mōtem ab. ⁊c̄. Quadrageſima prima māſio vertitur in montes tranſeuntium: ⁊ eſt contra faciem montis nabo.

Sequit̄ māſio abarim quod ē trāſitus cōtra naban: quod eſt abceſſio. Vbi enim per has omnes virtutes anima tranſierit: et ſummā perfectiōis aſcenderit: tranſit iam de ſeculo ⁊ abſceſſit ſicut Enoch q̄ nō īueniebat̄: qꝛ trāſtulit illū de⁹. Quod ſi videat̄ adhuc in ſeculo eſſe: ⁊ in carne habitare: tamē nō īuenit̄ in vllo ſeculari actu: quia tranſtulit illum deus in regionē virtutum. Hierony. Hic morit̄ moyſes: terra pmiſſionis ante conſpecta. Nabo īterpretatur concluſio: in qua finitur lex ⁊ nō inuenitur eius memoria: ſed gratia euangelij ſine fine perſeuerat. Et notandum ꝙ manſio tranſeuntium in montibus ſita eſt: ⁊ adhuc profectu indiget. Poſt montana eniȝ ad campeſtria moab ⁊ iordanis fluenta deſcendimus: qui interpretatur deſcenſio. Nihil enim tam periculoſum ꝙ glorie cupiditas ⁊ iactantia: ⁊ animus conſcientia virtutū tumidus.

b Ad campeſtria moab. Hiero. In quadrageſimaſecunda manſione que extrema eſt. reſidens pplus benedicitur a balaā: ⁊ maledictio mutatur in laudes: fornicat̄ cū filiab⁹ madian: ⁊ phinees fornicantes cū pugione trāſfigit: numeratur rurſus populus: numerant̄ ⁊ leuite: vt interfectis peſſimis nouus dei populus cēſeatur. Filie ſalphaat hereditatē iudicio dn̄i accipiunt int̄ fratres: nec femineus ſexus a poſſeſſiōe dn̄i excludit̄. Ieſus moyſi in mōte ſuccedit: ⁊ diſcit a lege que ſpiritaliter debeat offerre in eccleſia: quid per ſingulos dies: quid in ſabbato: quid in kalendis: quid in paſcha: quid in pentecoſte: quid in neomenia menſis ſeptimi: quid in ieiunio eiuſdē menſis die decimo: quid in ſcenophegia quādo figunt̄ tabernacula: Quītodecimo die menſis eiuſdem: vxorū ⁊ filiorū vota ſine auctoritate ⁊ patrū ⁊ virorū caſſa memorāt̄. Bellū cōtra madianitas: mors balaā. prede diuiſio: oblatio ex ea in tabernaculo dei. Ruben ⁊ gad ⁊ dimidia tribus manaſſe circa iordanē in heremo poſſeſſionē accipiunt. Plurima enī habebant iumēta: nec adhuc poterant habitare in templo: docetur populus vt in terra ſancta idola deſtruat: ⁊ nullus de prioribus habitatoribus ſeruetur. Deſcribit̄ olim cupita prouincia et duarum ⁊ ſemis tribuum hereditas ſeperatur: numerantur tribuum principes qui terram intrare debeant ſanctam. quadragintaduas vrbes cū ſuburbanis ſuis vſqꝫ ad mille paſſus per circuitū leuite accipiunt. quot ſunt ſcilicet manſiones. Adduntur ſex vrbes fugitiuorum: tres intra iordanem: ⁊ tres vltra: vt ſint quadragintaocto qui fugitiuorū ſuſcipi: qui interfici debeant: ⁊ vſqꝫ ad mortē ſummi pontificis reſeruari. Succedit deuteronomium: ſecunda lex meditatoriū euangelij. Ibi breuiter diſcimus que inter pharan ⁊ thophel ⁊ laban ⁊ aſeroth ⁊ loca aurea: abiecto iuda infeliciſſimo. xj. diebus: in via de choreb per viā montis ſeir vſqꝫ cadeſbarne moyſes ſit in populo locutus. Et extremuȝ canat canticū in quo ſynagoga proijcitur: ⁊ eccleſia
Deu.32.c domino copulatur. Impinguatus ⁊ incraſſatus ac dilatatus ⁊ recalcitrauit ⁊ oblitus eſt dei ſaluatoris ſui ⁊c̄. Benedicuntur filij iſrael: ⁊ rurſus in ſimone iudas miſerandus excluditur. Aſcendit moyſes ad montem nabo in vertice phaſga: qui eſt cōtra hiericho. ⁊ oſtendit ei dominus omnem terram galaad vſqꝫ ad dan: ⁊ neptalim: ephraim ⁊ manaſſen: ⁊ vniuerſam terram iuda vſqꝫ ad mare magnū contra auſtrū ⁊ regionē cāpeſtrem hierichontine ciuitatis palmarū vſqꝫ phegor. Quis poteſt tā

poteſt tanta myſteria explanare: qui in extremis legis huius vite finibus cōſtitutus nō intelligit ſp ibi eē pugnādū: ⁊ tūc plenā victoriā dari ſi fuerit in cāpeſtrib⁹ belſathim: quod interp̄tatur luctus ſpinarū ⁊ fleuerit antiqua peccata: ⁊ ſpinas que ſuffocauerunt ſementem verbi dei. de quibus dicit̄: Verſatus ſū in miſeria dum mihi ꝯfigitur ſpina. Ps.31. Orige. Vltima māſio eſt ab occidente moab iuxta iordanē. Hic eniȝ curſus propterea agit̄ vt perueniat̄ ad flumen dei ſapientie: ſcȝ ⁊ ſcientie: vt purificati terrā promiſſionis intrem⁹. In litterario ludo vbi pueri elementa ſuſcipiunt. alij dicunt̄ abecedarij: alij ſyllabarij: alij nominarij: alij calculatores dicuntur. Et cū audierim⁹ hec omnia puerorū pfectus agnoſcimus. Similiter in liberalibus ſtudijs cū locū recitare vel locutionē vel laudem. vl̄ alias per ordinē materias audierimus ex materie nomine pfectuȝ adoleſcentis aduertim⁹. Per hec ergo locoꝝ quaſi materiarū nomina ī diuinis eruditionib⁹ pfect⁹ indicant̄: ⁊ ſicut illi in ſingulis īmorātes qſi manſiones faciūt: ⁊ de vna ad aliā tēdūt: ita hic māſionū nomīa ⁊ pfectiōes ab vna vſqꝫ ad aliā pfectū mēt̄ indicāt ⁊ incremēta virtutū. c Trāſierit̄ ior. i. cū baptiçati fuerit̄: qſi cū depoſito veteri hoīe cū actib⁹ ſuis īdueritis nouū q̄ renouat̄ in agnitiōe dei.

d Diſpdite. Cū terrā ſcrāȝ repromiſſionis ingredimur: ſimul cū idolatria etiā omnia vitia extinguimus.

e Habitatores. Malignos ſpūs fātaſmata vitiorum cum ſuggeſtionib⁹ ſuis. vnde: Beatus qui tenebit ⁊ allidit paruulos ſuos ad petram. Ps.136.

Plurib⁹ da

deblathaiȝ. Egreſſiqꝫ d̄ helmōde
a blathaim venerūt ad mōtes aba
rim ꝯ nabo. Profectiqꝫ de mōti
b bus abarim tranſierunt ad cāpe
ſtria moab ſupra iordanē contra a
hiericho. Ibiqꝫ caſtrametati ſūt b
de bethſimō vſqꝫ ad belſathim ī
planioribus locis moabitarum:
vbi locutus ē dominus ad moy c
ſen: Precipe filijs iſrael ⁊ dic ad d
c eos: Quādo trāſieritis iordaneȝ
ſ poſſeſſionem virtutum.
d intrantes terram chanaan diſp e
ſ mentis.
e dite cunctos habitatores regio
ſ alij titulos vel idola.
nis illius. Confringite vitulos f
et ſtatuas cōminuite: atqꝫ oīa ex g h
ſ ſuperbiam carnis.
celſa vaſtate: mūdātes terrā et ha
ſ carnalem animā a ſqualore vitiorum.
bitātes ī ea. Ego ei dedi vob illā
in poſſeſſionem: quam diuidetis i

## Nico. de lyra

a Supra iorda. cōtra hie. ita ꝙ iordanis fluui⁹ erat īter exercitū filioꝝ iſrael ⁊ hiericho q̄ eſt ciuitas terre pmiſſiōis.
b Ibiqꝫ caſtra. ſunt de bethſimō vſqꝫ ad belſathim. in h̄ oſtēditur quātū ſpaciū tenebat exercit⁹. ſ. de vno iſtoꝝ locoꝝ vſqꝫ ad aliū. Dicit aūt Ra. Sa. ꝙ ſunt ibi. xij. milliaria: ſ; nō eſt veriſimile ꝙ exercit⁹ tātū ſpaciū occuparet: maxime qꝛ caſtra erant ſituata in quadro circa tabernaculū vt dictū fuit. ſ. iij. ca. c Vbi locut⁹ eſt dn̄s ad moy. illa q̄ ſequūt̄ in iſto libro ⁊ Deut̄. q̄tū ad magnā p̄tē. In Deut̄. enī multa replicant̄ q̄ fuerāt antea ſibi dicta a dn̄o. Sciendū aūt ꝙ p̄dicte māſiōes in vniuerſo fuerūt. lxij. quarū filij iſrl̄ fecerūt. xliij. pmo anno egreſſionis ſue de egypto: ⁊ in principio ſecundi anni. ſ. vſqꝫ ad locū vnde miſſi fuerīt exploratores: Itē octo fecerūt quadrageſimo anno: ſcȝ a mōte hor excluſiue vſqꝫ ad iordanē: et ſic patet ꝙ tēpore intermedio qḋ fuit fere. xxxviij. annoꝝ filij iſrael fecerūt tm̄ viginti māſiōes. ex q̄ patet ꝙ licet dictū fuerit. ſ. xiiij. ca. ꝙ filij iſrl̄ eſſent vagi p deſertū toto illo tp̄e: nō tn̄ ſic eſt intelligendū ꝙ eſſent quaſi ſic in cōtinuo motu de loco ad locū: ſ; aliqn̄ ī vno loco diu māſerūt: qꝛ tādiu manebāt in vno loco q̄diu nubes ſtabat ſup tabernaculū. d Precipe filijs iſrl̄. Supra deſcript⁹ eſt ſtatus ppl̄i in itinere pcedētis: hic ꝯſequēter deſcribit̄ ſtat⁹ ei⁹ ad terminū accedēt̄. vbi primo precipit̄ idolatrie deſtructio. ſcd̄o deſcribit̄ terre pmiſſionis limitatio. ibi: Locutuſqꝫ eſt. tertio terre limitate diſtributio. ibi: Precepitqꝫ moyſes. Circa primū dicit̄: Precipe filijs iſrael. auctoritate mea vt ſint ad hoc firmiter obligati. Quādo trāſieris iordanē. Sequit̄: e Diſpdite cūctos habitatores terre illius. Intātū enī multiplicati erāt iniq̄tates coꝝ ꝙ ſnīa mortis erat a deo data ſup eos. ſm qḋ p̄dictū fuerat abraā: Geñ. xv. Nōdū enī cōplete ſūt iniq̄tates amorreoꝝ. q. d. qn̄ iplebunt̄ tūc occident̄: ⁊ filij tui poſſidebūt terrā. f Cōfringite titulos. i. aras. g Et ſtatuas cōminuite. i. idola q̄ erāt ſup altaria. h Atqꝫ oīa excelſa vaſtate. qꝛ in mōtibuſ altis fiebāt edificia ⁊ plātabāt̄ arbores ad idolatriā exercēdā: ⁊ oīa talia p̄cipiunt̄ deſtrui vt tolleret̄ idolatria ⁊ memoria ei⁹ d̄ terra illa q̄ erat deputata a cultorib⁹ vni⁹ veri dei. i Quam diui. ſor. ⁊c̄. h̄ eſt expoſitū. ſ. xxvj. Si āt

nolueritis

a Pluribus da. la. Quia qui habēt copiā virtutū latitudinē ſperāt p̄mioꝝ. Qui aūt paucitate virtutū cōtēti ſūt: ſm meritū ſuū retributionez
2. Co. 9. b accipiūt. vnde: Qui parce ſemīat parce ⁊ metet ⁊c. Ca. XXXIIII

Locutus eſt dñs ⁊c. Orige. Diuinis numerꝭ nō oēs digni ſūt: ſʒ ceteris p̄rogatiuis deſignant̄: q̄ intra numeꝝ dei cōprehēdūtur. Unde in hoc libro neqꝫ mlieres nominant̄ ꝓ feminea. ſ. infirmitate: neqꝫ ſerui vita ⁊ moꝛibꝰ degeneres. nec egyptij q̄ pplo dei erāt admixti q̄ alienigene ⁊ barbari: ſed ſoli iſraelite. Neqꝫ illi omēs ſed a. xx. annis ⁊ ſupra. Nec ſola etatis habet̄ obſeruatio: ſed querit̄ ſi habeāt robur aptum bello. Precipit̄ eni vt numeret̄ omnis q̄ ꝓcedit in virtute. Puerilis etas nō numeratur: niſi forte p̄mogēiti ſint: aut ſacerdotali aut leuitica ſtirpe deſcēdant. Si eni hec ad litterā cōſiderentur: quis dabitur ꝓfectus his q̄ ſacris voluminibus geſtiunt erudiri? Docet autē p̄ſens lectio q̄d ſit trāſcēdere
1. Co. 14. d puerilem inſipientiā. Si eni deſiero paruulꝰ eſſe ſēſibus: ⁊ vir effectus dpoſuero que ſunt paruuli: ⁊ effectus iuuenis vincā malignū: ꝓcedā in virtute iſrael: ⁊ dignus diuinis numeris cōputaboꝛ. Dū do ineſt alicui nr̄m puerilis vl̄ lubricꝰ ſenſus: vel feminea ⁊ reſoluta ſegnities: dum egyptios ⁊ barbaros gerimus moꝛeſ: in ſacrato numero eſſe non meremur. Innumeri eni ſunt qui pereunt: nume-
Pſ. 146. rati aūt q̄ ſaluant̄. vnde: Qui numerat multitudi-
Mat. 10. d nem ſtel. ⁊c. Chriſtus etiā capillos diſcipuloꝝ dicē eſſe numeratos: capillos ſcʒ illius capitis: qui in naçareis erant. Quibus inerat virtus ſpiritusſā-cti ad proſternandos alienigenas virtutes ſcʒ animi: ⁊ multitudinem ſenſuum qui de principali mē-tis tanq̄ʒ de capite apoſtoloꝝ ꝓcedebāt. Locutus eſt ergo dominuſ ad moyſen in deſerto ſina. Illa ſcilicʒ que ſuperius breuiter cōprehendimus vbi precipitur numerari a. xx. annis ⁊ ſupra: omnis qui ꝓcedit in virtute iſrael ⁊c. Si quis ergo ꝓcedit in virtute ille numeratur. Nec in qualicunqꝫ virtute vel egyptioꝝ vel aſſyrioꝝ vel grecoꝝ: ſ; in virtute iſrael: que a deo ꝑ ſcripturas diuinas docetur: ⁊ per fidem apoſtolicā ⁊ euāgelicā traditur. Orige. Ratio quoqꝫ tribuum: diſtinctio ordinum: ſocietas familiarū: ordinatio caſtroꝝ: ingētia prodit ſacramenta. Certa expectatio eſt nobis reſurrectionis moꝛtuoꝛum: cum hi qui viuūt qui relicti ſunt non preuenient in aduentu chriſti eos
1. Theſ. 4. d qui doꝛmierunt. Sed cum illis rapientur in nubibus obuiā chriſto in aera: ſiue omnes in aere (ſic Paulus dicit) permanſuri: ſiue etiā aliqui ad paradiſum aut ad alia quelibet (ex multis manſionibus que apud patrem ſunt) loca transferendi. Diuerſitas autem tranſlationis ⁊ gloꝛia ſm merita cuiqꝫ preſtabitur. Et erit vnuſquiſqꝫ in oꝛdīe ſuo. Unuſquiſqꝫ ergo in reſurrectione: aut in tribu ruben aſcribetur: quia in moꝛibus: vel in actibꝰ: vel in vita: ipſi ruben aliquid ſimile ⁊ cōſāguineū habuit. Alius in tribu ſymeon: foꝛſitan pro obedientia. Alius in tribu leui: qui ſcilicet bene prefuit ſacerdotio: vel bene miniſtrans gradum ſibi bonū acquiſiuit. Alius in tribu iuda: qui regio ſpiritu populum ſuum: ſenſus ſcilicet mentis: ⁊ cogitationes coꝛdis bene rexit. Singulis quoqꝫ tribubuſ ſociabitur: qui eis aliquid cognatum: vel in actibus vel in moꝛibus habuit. Illud etiam q̄ ſocia connexione tribuum: caſtroꝝ poſitio: et metationis oꝛdo deſcribitur: pertinet ad aliquem ſtatū in reſurrectione moꝛtuoꝛum. Q̄ tres ad oꝛientem dicuntur eſſe tribus: tres ad occidentem: tres ad mare: ⁊ tres vltime ad aquilonē (qui durꝰ dicitur ventus) ⁊ q̄ tribus iuda que regalis eſt: ad oꝛientē ſtatuit̄ de qua oꝛtus eſt dominus noſter: non puto ocioſum. Et q̄ iſachar huic iungitur: et çabulon ⁊ q̄ in. iiij. ꝑtes trinus iſte numerus oꝛdinatur. Que q̄uis poſitionuʒ ſuarum diuerſas habeant qualitates: omnes tamē in trinitatꝭ numero ꝯtinent̄: qꝛ ſub vno numero patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti cenſentur
Mat. 8. b oēs qui ex. iiij. oꝛbis partibus venientes inuocāt nomē dñi: Recūbentes cū abꝛaam: iſaac ⁊ iacob in regno dei. Ego aūt imparē me iudico ad enarrāda numeroꝝ myſteria. Sed feſtinandū nobis eſt ad verū ieſum: p̄ꝰ tñ pedago moyſe vtentes: ⁊ apud eū multa rudimēta infātie deponētes. Tēdamus ad perfectionem chriſti. Moyſes enim non multa bella cōpreſſit: ieſus omnia bella compeſcuit: pacem omnibus dedit. Conſiderandum etiam q̄ egreſſus de gypto populus non ſtatim numeratur. Adhuc enim

ꝓſequeba

a vobis ſoꝛte. Pluribus dabitꝭ latioꝛem: ⁊ paucis anguſtioꝛem. Singulis vt ſoꝛſ ceciderit ita tribuet̄ hereditas. Per tribus et familias poſſeſſio diuidet̄. Sin autem nolueritis interficere ha-
a ſ malignos ſpūs ⁊ vitia. b ſ mētis vel carnis
bitatoꝛēs terre qui remanſerint
ſ conſcientie punctiones.
erūt vobiſ quaſi claui in oculis: a
ſ ne quieſcatis.
⁊ lancee in lateribus: ⁊ aduerſabuntur vobis in terra habita-
a ſ interitū ſcʒ hoſtiū: non ſolatiū amicoꝛum.
tionis veſtre. ⁊ quicquid illis fa b
cere cogitauerā vobis faciam. c

b Locutus ē domin⁹ ad moyſen dicēs: Precipe filiis iſrael ⁊ dices ad eos. Cū igreſſi fueritis terrā chanaan ⁊ ī poſſeſſionem vobis ſoꝛte ceciderit: his finibus termiabitur. Pars meridiana incipiet a ſolitudine ſin: que ē iuxta edom: ⁊ habebit c terminos contra oꝛientem mare ſalſiſſimum: qui circumibunt f auſtralem plagam per aſcenſuʒ ſcoꝛpionis: ita vt tranſeant in ſenna et perueniant ad meridiē
ſ vel vnde.
vſqꝫ ad cadeſbarne. Inde egredientur ꝯfinia ad villā nomine addar: et tendēt vſqꝫ ad aſemona: Ibitqꝫ ꝑ gyrum termin⁹ ab aſemona vſqꝫ ad toꝛrenteʒ egy g pti ⁊ maris magni litoꝛe finiet̄: h Plaga autē occidentalis a ma- i
a ſ. i. a mari vſqꝫ ad mare: a toꝛrente. ſ. riuocorulo qui mari influit vſqꝫ emath vrbē ſyrie.
ri magno īcipiet ⁊ ipſō fine clau

nolueritis. Sequit̄: a Erūt vobis q̄ſi claui in oculis ⁊c. id eſt moꝛtales aduerſarij: b Et q̄cq̄d illis cogitaueram facere. moꝛtem inferendo. c Uobis faciā. eo q̄ nolueritis Ca. XXXIII exequi iuſticiam meā.

## Moꝛaliter.

a† Hę ſunt māſiones filioꝝ iſrael ⁊c. Per hoc āt q̄ populus iſrael exiēs de egypto venit ad terrā promiſſionis ꝑ quadraginta duas māſiones intelligūtur myſtice quadraginta due generationes ꝑ quas dei populus ab abꝛaā patre fidei nr̄e venit ad chriſtū ꝓut dicit̄ Mat. j. Ab abꝛaā vſqꝫ ad dd̄ generationes. xiiij. ⁊ a dd̄ vſqꝫ ad trāſmigrationē babylōis generatiōeſ. xiiij. ⁊ a trāſmigratiōe babylōis vſqꝫ ad xp̄m generatiōes. xiiij. Que ſimul iuncte ſūt quadraginta due. Chriſtuſ āt eſt hereditas nobis ꝓmiſſa in veteri ac nouo teſtamento. Scdm amb. do in ſermone q̄drageſīme ꝑ q̄draginta duas māſiōes figurati fuerūt q̄draginta duo dies: quibꝰ in obſeruatione quadrageſime ieiunamuſ. d. ſic: Eodē inq̄ʒ numero moyſes ꝑ māſiones ꝑuenit ad requiē quo ⁊ nos ꝑ ieiunia ꝓperamꝰ ad celū Ca. XXXIIII A

Locutus eſt domi. Hic deſcribit̄ terre promiſſiōis limitatio. Cuius vna ratio fuit: qꝛ aliq̄ erant p̄cepta ī lege que obligabāt tm̄ ī terra illa. ⁊ aliq̄ etiā q̄ nō poterant fieri extra. ſicut edificatio tēpli ⁊ oblatio ſacrificij. ⁊ ideo debuerūt limites huiꝰ terre determinari. ⁊ p̄rimo determinat̄ terminus partis meridionalis. cum dicitur: Pars B meridiana incipiet ⁊c. e Et hēbit t. ꝯ o. ma. ſal. i. mare moꝛtuū: qd̄ eſt ita ſpiſſū ⁊ ſalſū q̄ n̄ ē nauigabile: neqꝫ piſces poſſūt ibi viuere: vt dicit pħſ. ij. Metauroꝝ. Ille eſt locus vbi quinqꝫ ciuitates fuerunt ſubmerſe: vt habet̄ Geñ. xix. et in illo loco deſcendit ioꝛdanis fluuꝰ. Illud igit̄ mare erat in angulo cōiūgēte ꝑtē oꝛiētalē terre ꝓmiſſionis ⁊ meridionalē. f Qui circūibūt auſtralē plagā per aſcenſū ſcoꝛpiōis. mōſ ē in latere meridionali illiꝰ terre ſic nomiatꝰ: qꝛ ſcoꝛpiōes erāt ibi in multitudine. g Uſqꝫ ad toꝛrētē egypti. hic eſt nilꝰ ſm aliquos. ſm alios do qd̄ videt̄ ꝓbabiliꝰ ē q̄dam toꝛrēs deſcēdēs in mari mediterraneo vocatꝰ Riuocoꝛula. ⁊ eſt in extremitate terre ꝓmiſſiōis verſus meridiē. h Et magni maris litoꝛe fi. i. litoꝛe maris mediterranei: quod dꝛ hic mare magnū reſpectu maris moꝛtui: a q̄ īcipit termin⁹ meridionalis terre ꝓmiſſionis vt predictū eſt: ⁊ finit̄ litoꝛe maris mediterranei. i Plaga aūt occidentalis. Hic deſcribitur terminus occidentalis qui eſt totus ſuꝑ litus maris mediterranei.

